


Venice (Roma), Leipzig, 1570
1569


IMAGINES
ET·ELOGIA·VIRORVM
ILLVSTRIVM·ET·ERVDITOR
EX·ANTIQVIS·LAPIDIBVS
ET·NOMISMATIB·EXPRESSA
CVM ANNOTATIONIB·
EX
BIBLIOTHECA
FVLVI·VRSINI
M·D·LXX·
Romæ Ant: Lafrerij Formeis

AD ANTONIVM AELIVM, POLAE EPISCOPVM, Patriarcham Hierosolymitanum,

Laurentij Gambarae Brixiani Carmen.

PRaestantes virtute viri, quorum hic liber ora
Viua refert, propriosq; habitus è marmore & ære
Caelatos, multo quondam cum nomine vitam
Duxere in terris: sed, postquam luminis huius
Liquerunt vitalem auram, memoresq; merendo
Mortales fecere sui, per saecula longa
Cum magno splendore iterum vixere per orbem,
Ob positas illis à gratis ciuibus vrbe.
In media, medioq; foro, domibusq; paternis
Fulgentes ære effigies, & iaspide fulua,
Quas ipsi meruere suis virtutibus olim,
Quum multa rerum primas indagine causas
Noscere tentarint scriptis. hinc didita terris
Inclyta fama fuit, qua lucem fert oriens sol,
Quaque cadens summo tenebras inducit Olympo.
Sed, quum tempus edax illorum ex marmore formas
Fregisset, meritosq; vna delesset honores,
Totq; virum clara in tenebris monumenta iacerent;

Quam famam merito debet, laudemq; referre
Fuluius Vrsinus? qui tot simulacra virorum
Hoc vno in libro, veros imitantia vultus,
Collegit, lucisq; illos reuocauit ad oras
E tenebris, vitamq; dedit, quae munere Fului
Tertia nunc illis vita est. hi namque per ora,
Ora virum volitare tuis felicibus audent
Auspiciis nunc, ò Aeli, nec fulgura saeua,
Nec longam annorum seriem, venturaq; bella,
Venturosq; timent casus, alacresq; vicissim
Occurrunt tibi praecipue: nam tu quoque viuo
Marmore caelari, vel gemmis, aut orichalco
Inter & heroum coetus, numerumq; locari,
Dignus es ob candorem animi, mentisq;, tuamq;,
Antoni, cum laude fidem, quam maximus in te
Vidit Alexander positam Farnesius, vsuq;
Expertus longo est magnis in rebus agendis.
O felix Aeli ante alios, quem conditor alti
Aetheris, & terrae tantis ac talibus vltro
Muneribus vitae primis cumulauit ab annis.

IN LIBRVM IMAGINVM FVLVII VRSINI PRAEFATIO.

T. Pomponium Atticum, ſcribit Cornelius Nepos in eius vita librum compoſuiſſe de viris Illuſtribus, atque verſibus non amplius quaternis, quiniſque ſub ſingulorum imaginibus facta, & magiſtratus eorum deſcripſiſſe. Plinius etiam libro 35. cap. 2. non modo Atticum, ſed M. quoq; Varronem huiuſmodi quoddam volumen edidiſſe narrat, adiectis in eo ſeptingentorum illuſtrium non nominibus tantum, ſed & aliquo modo imaginibus, non paſſum, inquit, intercidere figuras, aut vetuſtatem aeui contra homines valere &c. Has autem imagines, quas coniectas in eos libros opinor, conſueuiſſe antiquos cum ex ære, tum è marmore clariſſimis viris ponere, ex iis, quae ſuperſunt, earum reliquiis, & ueterum quoque ſcriptorum monumentis intelligere poſſumus. quinetiam nomiſmata nonnullas nobiles ciuitates ſuorum illuſtrium ciuium imagine honoris cauſa ſignaſſe, & ex ipſis æreis, argenteiſue, & ex auro nomiſmatibus, quae reperiuntur, colligimus, & Ariſtoteles in Rhetoricis, ac Iulius Pollux in lib. 10. tradūt. Sed imagines cum in foris, aliiſque vrbis locis, tum potiſſimum in Bibliothecis collocabantur. quarum quidem ponendarum Aſinium Pollionem primum auctorem extitiſſe his verbis indicat Plinius in eodem libro. Siquidem non ſolum ex auro, argentoue, aut certe ex ære, in Bibliothecis dicantur illi, quorum immortales animae iiſdem locis loquuntur, quinimo etiam quae non ſunt, finguntur; pariūtq; deſideria non traditi vultus, ſicut in Homero euenit. quo maius, vt equidem arbitror, nullum eſt felicitatis ſpecimen, quàm ſemper omnes ſcire cupere, qualis fuerit aliquis. Aſinij Pollionis hoc Romae inuentum, qui primus, Bibliothecam di-

cando,

cando, ingenia hominum rempublicam fecit &c. E quibus Plinij verbis illud quoque, quod ad institutum hoc nostrum maxime pertinet, colligimus, fictas fuisse quorundam imagines ab antiquis, nec in omnibus ueros vultus expressos esse. In Bibliothecae autem atrio scriptorum imagines collocasse Pollionem, Isidorus etiam in etymologiarum libro refert. & ad Atticum scribens Ci-
„ cero, malo, inquit, in illa sedecula, quam habes sub imagine Ari-
„ stotelis, sedere, quàm in istorum sella curuli. & in oratore, Demosthenis imaginem ex ære in Tusculana Bruti villa se uidisse ait. In foris igitur positas etiam fuisse clarorum virorum statuas, ex multorum veterum scriptorum auctoritate constat. itaque Lampridius, Augustum virorum illustrium imagines ex Capitolina arce in Martium campum transtulisse: Dion, Hadrianum multorum amicorum effigies in foro posuisse: Capitolinus, M. Aurelium signa plurimorum nobilium in foro Traiani statuisse scribunt. in cuius quidem fori ruinis, patrum nostrorum temporibus, Claudiani quoque poëtae basis statuae reperta fuit, & in domum Pomponij Laeti, vbi nunc etiam est, translata. Ex iis autem, quos impressimus, Hermis (sic enim statuas illas quadratas sine manibus, & pedibus nominandas esse existimamus) multi sunt superioribus annis ex Hadriani villa Tiburtina eruti, & Romam inde translati: licet nonnullis literae tantum, deiectis uetustate capitibus, supersint; quae dum reponere aliqui suis truncis non satis diligenter curant, aliena capita non suis pectoribus, ut in Aristophane, Heraclito, Carneade, & Isocrate factum est, imposuerunt. quod tamen esset aliquo modo iis ignoscendum, quia antiquo trunco antiquum caput, & si non suum, restituerunt, nisi ueteribus quoque quibusdam imaginibus non sua ipsi nomina addidissent, ut in Thalete, & in utraque Diogenis imagine fecerunt; quae quia in antiquarum imaginum nuper impressum librum irrepserunt, volui uos admonuisse, ne, ueritatis ignoratione, falsa illa, ac subdititia inscriptione deciperemini. Quadratas autem statuas sine manibus & pedibus, cuiusmodi Hermae, qui τετράγωνοι apud Graecos fingi solebant, cum quadratis etiam literis, illustribus viris dicatas ab antiquis fuisse, non aliam ob causam opinor, quàm quòd ea forma, quae sola perfecta, absolutaque sit, illorum virtutem, sapientiamque minime fluxam, minimeque mutabilem indicare uellent. itaque quadratum uirum, qui esset omnibus numeris absolutus, ut est apud Platonem,


& Aristo-

& Ariſtotelem, appellare ſolitus eſt Simonides. Hac Hermathenam forma in antiquo æreo nummo ſignatam animaduertimus, Mineruae ſcilicet caput galeatæ quadrato Hermae adhaerens; & qui Athenis vna nocte circumciſi ab Alcibiade, praeter vnum Andocidis, Hermae dicuntur; non alios, quam nobiliſſimorum hominum cum inſcriptione vultus referebant: huiuſmodi enim Hermas Athenienſes uirtutis ergo clariſſimis viris poſuerunt, ut antiqui Graeci ſcriptores tradunt, & ipſa indicant Hermarum fragmenta, quae virorum Illuſtrium nomina praeſeferunt. Ea igitur, cum ſtatuarum etiam, ſepulcrorumque inſcriptionibus, atque elogiis, de tot millibus tam pauca reliqua, in vrbis ruinis reperta, & è Graecia, ut ex hiſtoriis intelligimus, pleraque tranſlata, cum multis ab hinc annis, antiquitatis ſtudio, quo tunc mirificè delectabar, deditus, in vnum collegiſſem, non potui amiciſſimo meo petenti negare: ſed, adiectis breuibus quibuſdam annotationibus, breui quoque uiginti dierum ſpatio, qualeſcunque illae ſint, inter uarias occupationes abſolutis, in publicum proferenda dedi.

HOC LIBRO

HOC LIBRO CONTINENTVR IMAGINES, ET ELOGIA

Virorum illuſtrium,
Poëtarum,
Philoſophorum,
Hiſtoricorum,
Oratorum,
Grammaticorum,
Iuriſconſultorum,
Medicorum,
Ab epiſtulis Graecis & Latinis,
A ſtudiis,
A bibliothecis Graecis & Latinis.



ARistogiton, Theotimi filius, Athenienſis, ex Eretria oriundus, vt ſcribit Herodotus, claruit olympiade 65, Tarquinio Superbo Romæ regnante: quo tempore Athenarum vrbs ſęuo Piſiſtratidarum dominatu tenebatur. Ariſtogiton autem, Hipparcho, Hippiæ Tyranni fratre, in Panathenaica pompa interfecto, immortalem ſui memoriam Athenienſibus reliquit: qui virtutis ergo æneas ei ſtatuas, & Harmodio, tamquam patriæ liberatoribus, atque Tyrannidis extinctoribus, in illuſtri vrbis loco poſuerunt. De quibus ita ſcribit Valerius Maxim. lib. 2. cap. 10. Harmodij, & Ariſtogitonis, qui Athenas tyrannide liberare conati ſunt, effigies æneas Xerxes, ea vrbe deuicta, in regnum ſuum tranſtulit. longo deinde interuallo temporis Seleucus in priſtinam ſedem reportandas curauit. Rhodij quoque eas, vrbi ſuæ appulſas, cum in hoſpitium publicè inuitaſſent, ſacris etiam puluinaribus collocauerunt. Nihil hac memoria felicius, quæ tantum venerationis in tam paruulo ære poſſedit. Res autem Ariſtogitonis geſtæ, & hęc de Hipparchi cæde hiſtoria extat apud Herodotum lib. 5. Sed diſſentit ab eo maniſeſte Thucydides lib. 8. in quo Herodotum ipſum non leuiter carpit, qui, veritatis ignoratione, inconſtantes vulgi opiniones fuerit ſecutus. Ariſtogitonis ſepulcrum in rebus Atticis celebrat Pauſanias.

MILTIADES.


Miltiades, Cimonis filius, Athenienſis, Cherſonneſi tertius à Miltiade Cypſeli filio tyrannus. quo uerò ſtratagemate eum dominatum tenuerit, narrat Herodotus lib. 6. Olympiadis autem 72 anno tertio, cum Datis Medus à Dario Perſarum Rege in Graeciam ad Eretriam, & Athenas diripiendas miſſus eſſet, & Marathonem Atticae locum proximè Eretriam, Hippiae tyranni tunc exulis conſilio, qui eos deducebat, tenuiſſet, Miltiades ab Athenienſibus ei bello praepoſitus, re apud Marathonem proſpere geſta, & Medorum ſex millibus, trecentis, uel, ut Valerius Maximus ait, trecentis millibus interfectis, fugatoq; Dati, primus Graecorum Medicam veſtem, ut inquit Herodotus, intueri eſt auſus, cum ante uel nomen ipſum Medorum auditu horribile eſſet. Ob hanc autem partam uictoriam acceptus Athenienſibus Miltiades, naues ad inuadendos Parios ſeptuaginta obtinuit. quibus per ſex & uiginti dies obſeſſis, & agro populato, femore è maceria lapſus percuſſo, & male habens, Athenas re infecta rediit: ubi à Xanthippo Periclis patre accuſatus, quòd Athenienſes circumſcripſiſſet, ipſe quidem, quod putreſcente femore iaceret in lecto, per ſe non reſpondit; ſed pro eo amici eius, Marathonij belli imprimis mentione facta, populi interuentu, ne capitis damnaretur, obtinuerunt: quinquaginta tamen talentis mulctatus in carcere deceſſit; quæ Cimon filius poſt patris mortem exſoluit. Sepultus autem eſt Athenis Miltiades in patrio monumento, quod Cimonium appellabatur, in loco, qui Diacoele ab Herodoto, à Marcellino autem Rhetore Coele nominatur, prope Meliridas portas. De Miltiadis autem morte ita Valerius Maximus lib. 5. cap. 3. „ Bene egiſſent Athenienſes „ cum Miltiade, ſi eum, poſt trecenta millia Perſarum Marathone deuicta, in „ exilium protinus miſiſſent, ac non in uinculis & carcere mori coëgiſſent. „ Sed, ut puto, hactenus ſaeuire aduerſus optime meritum abunde non duxe „ runt: imo ne corpus quidem eius, ſic exſpirare coacti, ſepulturae prius man„ dari paſſi ſunt, quam filius eius Cimon eiſdem uinculis ſe conſtringendum „ traderet. Graecos autem uerſus, qui ſub Miltiadis imagine inciſi ſunt, ita in latinum uertit Laurentius Gambara Brixianus.

Miltiade, norunt omnes tua facta, ſciuntq;
Virtutem Perſae cum Marathone tuam.




ΜΙΛΤΙΑΔΗϹ
QVI PERSAS BELLO VICIT MARATHONIS IN ARVIS
CIVIBVS INGRATIS ET PATRIA INTERIIT
ΠΑΝΤΕϹ ΜΙΛΤΙΑΔΗ ΤΑΛΑΡΗΙΑ ΕΡΓΑ ΙϹΑϹΙΝ
ΠΕΡϹΑΙ ΚΑΙΜΑΡΑΘΩΝ ϹΗϹ ΑΡΕΤΗϹ ΤΕΜΕΝΟϹ


ΜΙΛΤΙΑΔΗΣ
ΚΙΜΩΝΟΣ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ




THEMISTOCLES Neoclis filius, Athenienſis ex vico Phreario, tribuq; Leontide, floruit non multos poſt exactos Romæ reges annos; vir incredibili quadam conſilij, atque ingenij magnitudine, memoria autem tãta, vt ciuium omnium nomina teneret. Olympiadis 75 anno primo bello contra Perſas Imperator ab Athenienſibus ꝓpoſitus, nauali apud Salaminem commiſſa pugna, victor ſeruitute Græciam liberauit. atque ita de Athenienſium Repub. meritus, non tamen ſuorum ciuium odium effugere potuit; ſed, ingrati populi pulſus iniuria, & in exilium miſſus, ad Artaxerxem ſe in Aſiam contulit, magniſq; muneribus à Rege donatus Magneſiæ habitauit. Huius, inquit Probus in eius vita, ad noſtram memoriam monumenta manſerunt duo, Sepulcrum propè opidum, in quo eſt ſepultus: ſtatuæ in foro Magneſiæ: de cuius morte multis modis apud pleroſque ſcriptum eſt, ſed nos Thucydidem potiſſimum auctorem probamus, qui illũ ait Magneſiæ morbo mortuum, neq; negat fuiſſe famam venenum ſua ſponte ſumpſiſſe, cum ſe, quæ Regi de Grçcia opprimenda pollicitus eſſet, prçſtare poſſe deſperaret. Idem oſſa eius clam in Attica ab amicis ſepulta, quoniam legibus non concederetur, ꝙ proditionis eſſet damnatus, memoriæ prodidit. Themiſtoclis autem res geſtæ apud Thucydidem, & Plutarchum ſunt in promptu. De morte Valerius quoque Maximus ſcribit, inſtituto ſacrificio exceptum patera tauri ſanguinem hauſiſſe. De ſepultura illud addit etiam Plutarchus, Diodorum hiſtoricum in libro de monumentis narrare Themiſtocli ſepulcrum apud Piræum portum, quem ipſe çdificauerat, conſtructum fuiſſe.


Cimon




CIMON Miltiadis filius, Athenienſis, ob præſtitam parenti pietatem in primis clarus, floruit olympiade 77, cuius anno tertio, Demotione archonte, ab Athenienſibus ad liberandas Perſico dominatu Græcas ciuitates cum imperio miſſus eſt: Quibus receptis, victor domum reuerſus, iudicium, certamenq; Tragœdorum inſtituit, & Athenarum arcem, quæ meridiem ſpectat, de hoſtium manubiis exornauit. Cum itaque maximis fortunæ bonis, honoribusq; ampliſſimis, & rerum geſtarum gloria floreret, ſuſpectus eſſe Athenienſibus cœpit, & in exilium pulſus, quinto anno reuocatus eſt. Moritur autem in oppido Citio, cum in morbum grauem incidiſſet. De Cimone videndus Æmilius Probus in eius vita.



ALcibiades Cliniæ filius, Athenienſis, ex ampliſſima familia natus ad omnem laudem, claruit qua Socrates aetate, cuius etiam diſputationibus eruditus, vir excellens conſilio, & eloquentia habitus eſt; Athenisq; per annos multos & urbanis eodem tempore & bellicis rebus praefuit. Alcibiadis autem res geſtas narrat Thucydides, & qui eius quoq; uitam ſcripſere Plutarchus, & Aemilius Probus, è quibus illuſtria huius uiri facta petenda ſunt. Valerius etiam Max. lib. 6. cap. 9. ita de Alcibiade ſcribit. Iam Alcibiadem quaſi duae » partitae fortunae ſunt: altera, quae ei nobilitatem eximiam, abundantes di- » uitias, formam praeſtantiſſimam, fauorem ciuium propenſum, ſumma im- » peria, praecipuas potentiae uires, flagrantiſſimum ingenium aſſignaret; al- » tera, quae damnationem, exilium, uenditionem bonorum, inopiá, odium » patriae, uiolentam mortem infligeret &c. Et lib. 1. cap. 7. de Alcibiadis morte » ita ſcribit. Alcibiades quoq; miſerabilem exitum ſuũ haud fallaci nocturna » imagine ſpeculatus eſt: quo enim pallio amicae ſuae dormiens opertum ſe » uiderat, eo interfectus, & inſepultus iacens contectus eſt &c. Itaque Cicero » lib. 2. de Diuinat. de hac ipſa re ita. Alcibiades cum eſſet proiectus inhuma- » tus, ab omnibusq; deſertus iaceret, amica corpus texit ſuo pallio. Annos aũt » circiter 40 natus diẽ obiit. Alcibiadem oris pulchritudine ceteris ſuae aetatis Atheniẽſibus praeſtitiſſe tradunt, atq; in omni aetatis gradu maximũ ſemper decorẽ, formoſamq; hominis ſpeciem praeſetuliſſe. Pauſanias in Atticis ſcribit Alcibiadem depictum fuiſſe Athenis à Polignoto cum monumentis equeſtris victoriae ad Nemeã; & ſtatuae in Comitio Romae meminit Plinius.




PHocion Athenienſis, quibus parentibus ortus fuerit, ignorare ſe ſcribit Plutarchus in eius vita. nos tamen Sophilo patre natum intelligimus ex antiqua inſcriptione. Claruit autem qua Magnus Alexander ætate: quem tantũ honoris Phocioni tribuiſſe tradit hiſtoricus Duris, ut nulli mortalium, pręterquam ipſi, & Antipatro, ſalutem in epiſtolis diceret. Eius geſta cum ab aliis multis, tum à Plutarcho in eius vita referuntur. Fuit autem cognomẽto „ Bonus appellatus, ut Probus ſcribit, & Valer. Max. indicat his uerbis in li„ bro 3. cap. 8. Placidi, & miſericordes, & liberales, omniq; ſuauitate tempe„ rati mores Phocionis, quos optimè profectò conſenſus omnium bonitatis „ cognomine decorandos cenſuit. Phocion, ut Probus ſcribit, cum prope ad octogeſimum annum proſpera perueniſſet fortuna, extremis temporibus magnum in odium uenit ſuorum ciuium. Itaq; damnatus, quòd Piraeeum prodidiſſet, traditusq; vndecemuiris, ut moris erat Athenis, epoto veneno interiit: eiuſque Eleuſinem tranſlatum corpus igne crematum eſt, & ſepulcro conditi cineres. Populum deinde Athenienſem, viri deſiderio, ſtatuam ei ex ære in illuſtri vrbis loco poſuiſſe refert Plutarchus.



P. Valesivs, Voleſi filius, eiectis Regibus, cum Bruto conſul Tarquinio Collatino ſuffectus anno ccxliv, atque in eo honore ob populares latas leges Poplicola appellatus, triumphauit primò de Veientibus, Tarquinienſibusq́; ſecundò de Sabinis. Huic honoris cauſa tributum eſt, ut fores aedium non introrſum trahendo, ſed in viam publicam pellendo, aperirentur. Dionyſius lib.v, & Plutarchus in eius vita. Et in vrbe ipſe, poſteriq́; eius ſepelirentur, conceſſum eſt. Itaque, ut idem ſcribit Dionyſius, prope Forum in Velia publico elatus funere, ſepulcro, in quod gens poſtea Valeria inferri conſueuit, conditus fuit, anno ccl, Poſtumio Tuberto, & Agrippa Menenio coſſ. Liuius lib.ii.Val.Max.lib.vi. & Cicero Academ. lib. iv. In capitolinis magiſtratuum monumentis Voluſus, & in argenteis numis ſcriptum eſt. In hoc tamen lapide, & in alio, qui apud me eſt, Voleſus. Valeſius autem pro Valerius antiqua ſcriptura, ut Fuſius, & Papiſius, pro Furius, & Papirius. ita enim ante Appij Coeci aetatem, qui primus R literam protuliſſe dicitur, ſcribebant. Liuius lib. iii. Cicero Epiſtol. ix. ad Papirium Paetum, & Varro de lingua Lat. lib. vi.

M. PORCIVS CATO.

M. PORCIVS, M. F. Cato, ex oppido Tusculo, ut Plutarchus scribit, oriundus, Augur, Quaestor, anno DXLI, Aedilis anno DXLV, Praetor anno DXLIX. Cicero in Catone; Consul cum L. Valerio anno DLVIII. quem in Censura quoq; collegam habuit anno DLXIX. in quo honore Censorius est appellatus: Hispaniam citeriorem prouinciam sortitus, quae rebellauerat, pacauit, atq; ex ea triumphauit; Polybius, & Appianus in Hispaniensibus: Nearcho Pythagoreo philosopho adolescens operam dedit, & ab Ennio poëta senex Graecis literis eruditus fuit; à quibus tamen Catonem filium dehortari solitus erat, cum nec de Graeca ipsa natione bene admodum sentiret. Catonem Cicero in lib. de Senectute disputantem induxit, & sapientis quasi cognomen ob multarum rerum usum habuisse narrat. Plinius Perfectum illum, & Imperatorem, & Senatorem, & oratorem nominat. Librum reliquit de agricultura, qui extat. De originibus desideratur. Plutarchus autem scribit Catonem propria manu historias maiusculis literis exarasse. Moritur initio tertij Punici belli, annos natus quinque & octuaginta, ut Cicero in libro de claris oratoribus scribit. Plutarchus autem anno aetatis nonagesimo Catonem accusasse Ser. Sulpicium Galbam affirmat, statuamq; ei populi iussu in Hygiae templo positam fuisse. Quod autem in altera argentei nummi parte uictoriae simulacrum cum literis, Victrix, adiectum est, pertinere arbitror ad id, quod Liuius lib. 35 scribit. aediculam Victoriae Virginis prope aedem Victoriae Catonem biennio postquam uouit dedicasse. quo loco uidendum, an pro Virginis sit Victricis scribendum, licet apud Sex. quoque Rufum, & P. Victorem in VIII regione eodem modo scriptum reperiatur.


ROM
VICTRIX
M·PORCIVS·M·F
CATO
CENSORIVS

HOMERVS.

HOMERVS quibus parentibus ortus, quibuſue temporibus floruerit, incertum eſt: uariant enim inter ſe Graeci ſcriptores, qui haec curioſius conquiſierunt; nec in tanta opinionum uarietate, quid potiſſimum ſequamur, habemus. De patria quoq; inter nobiliſſimas Graeciae ciuitates contentio fuit. Chios igitur, qui Homerū ciuem eſſe ſuum dicerent, eius imaginem ſuis nomiſmatibus impreſſiſſe tradit Ariſtoteles lib. I I. Rhetor. & Iulius Pollux lib. x. Smyrnaeos autem, quod prope Meletem Smyrnae fluuium natum eſſe confirmarent, non modo nomiſmata Homeri imagine ſignaſſe, ſed delubrum etiam eius, Homeraeum dictum, in opido dedicauiſſe ſcribit Cicero in oratione pro Archia poëta, & Strabo li. XIII. itaq; Amaſtrianorum in Ponto ciuitas, Smyrnaeorum, ut opinor, colonia, non aliam ob cauſam in altera nomiſmatis parte Meletem ipſum fluuium impreſſit. Pauſanias in Phocis ſcribit, pro foribus tēpli Apollinis Delphici fuiſſe Homeri ſtatuam æream, ſuperimpoſitam columnae, in qua inciſum eſſet Apollinis reſponſum, quod ipſi Poëtae, de patria ſua ſciſcitanti, editum narraretur. atq; hic idem ſcriptor in rerum Eliacarum lib. I. Homeri ſtatuae, in Iouis Olympici tēplo poſitae, meminit. Ipſam autem Homeri imaginem fictam fuiſſe ab antiquis ſcribit Plin. lib. XXXV. c. II. Aſinius quoq; Pollio, cū in Bibliotheca illa nobili, quā de manubiis Romae primus aperuit, ſcriptorum imagines collocaſſet, Homeri, ꝙ ueram nō haberet, fictam poſuiſſe dicitur. Itaq; Aelianum in villae ſuae Bibliotheca, quā uia Oſtienſi Romae ſtruxerat, huiuſmodi quandam Homeri imaginem collocaſſe credendū eſt. quem nos Aelianum eū eſſe exiſtimamus, cuius de animalibus, & uaria hiſtoria Graece ſcripti extāt libri. Eius autem Graeca de Homero epigrammata ita in latinum conuertit Laurentius Gambara Brixianus.

Hoc multa ſimulacrum hoſpes quod conſpicis arte
Caelatum, eſt uatis Maeonij effigies.
Hic lumen Muſarum ingens, tubaq; orbis Homerus
Heroum cecinit, caelicolumq; genus.
Claraq; Graiugenum celebrauit facta, ſuoq;
Carmine lux illis ille ſecunda fuit.

Quod natale ſolum fuerit mihi, quique parentes,
Aeliane, haud cecini, nunc tibi uera canam.
Ipſe mihi patria eſt orbis; ſed dicor Homerus:
Quodq; cano, dictat Calliopeia mihi.

Quo pacto te immortalem fecere Camoenae,
Foemina ſi in lucem te dedit aetheream?
Si immortalis eras, cur nam diuine Poëta
Inter mortales te poſuere homines?
Verum ego nunc noui: partim te maximus orbis
Eſſe hominem, partim te putat eſſe Deum.



ΟΜΗ ΡΟΣ
ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ
ΜΕΛΗΣ
ΩΜΗ ΡΟΣ
ΟΜΗΡΟΣ
ΗΡΩΩΝΚΑΡΥΚΑΑΡΕΤΑΣΜΑΚΑΡΩΝΤΕΠΡΟΦΗΤΑΝ
ΕΛΛΑΝΩΝΔΟΞΗΣΔΕΥΤΕΡΟΝ ΑΕΛΙΟΝ
ΜΟΥΣΕΩΝΦΕΓΓΟΣ ΟΜΗΡΟΝΑΓΗΡΑΤΟΝΣΤΟΜΑΚΟΣΜΟΥ
ΠΑΝΤΟΣ ΟΡΑΣΤΟΥ ΤΟΝΔΑΙΔΑΛΟΝΑΡΧΕΤΥΠΟΝ.
ΟΥΧΕΘΟΣΕΣΤΙΝΕΜΟΙ ΦΡΑΖΕΙΝΓΕΝΟΣΟΥΔΟΝΟΜΑΥΤΟ
ΝΥΝΔΕΝΕΚΑΙΔΙΑΝΟΥΠΑΝΤΑΣΑΦΩΣΕΡΕΩΙ
ΠΑΤΡΙΣΜΟΙΧΘΩΝΠΑΣΑ ΤΟΔΟΥΝΟΜΑΦΑΣΙΝΟΜΗΡΟΝ
ΕΣΤΙΔΕΜΟΥΣΑΩΝΟΥΚΕΜΟΝΟΥΔΕΝΕΠΟΣ
ΕΙΜΕΝΘΝΗΤΟΣΕΦΥΣΠΩΣΑΘΑΝΑΤΟΝ ΣΕΕΠΟΙΗΣΑΝ
ΜΟΥΣΑΙΚΑΙΜΟΙΡΩΝΝΗΜΑΑΝΕΚΛΩΣΑΝΑΝΑΞ
ΕΙΔΗΣΘΑΑΘΑΝΑΤΟΣΠΩΣΕΝΘΝΗΤΟΙΣ ΣΕΑΡΙΘΜΟΥΣΙΝ
ΟΥΜΑΣΕΤΑΥΤΕΧΡΗΝΣΕΜΝΕΠΟΙΗΤΑΦΡΟΝΕΙΝ
ΑΛΛΕΓΝΩΝΤΟΑΛΗΘΕΣΕΠΕΙΤΟΣΑΦΕΣΔΙΑΦΕΥΓΕΙ
ΑΝΘΡΩΠΟΝΦΑΣΙΝΘΕΙΕΣΟΜΗΡΕΠΕΛΕΙΝ·
ΩΜΗ ΡΟΣ
ΟΜΗΡΟΣ
ΧΙΩΝ
ΟΜΗ ΡΟΣ

HESIODVS.

HESIODVM Dio patre, & Pycimede matre natum Olympiadę prima, LX ante Romam conditam annis floruiſſe, ex ſcriptoribus, cum Graecis, tum Latinis, colligimus. Patria illi Cuma, Aeoliarum urbium vna, ut Herodotus, & Strabo annotarunt. Inde autem ære alieno oppreſſum patrem Dium migraſſe ferunt, Aſcramq; Boeotiae uicum petiſſe, à quo Aſcraeum deinde Heſio dum dictum. Eius mortem, cum ſenex admodum eſſet, recitat Plutarchus in Dioclis conuiuio. prouerbium inde factum, Heſiodia ſenectus. Heſiodo ſtatuam in publico Conſtantinopolitano gymnaſio, quod Zeuſippi dicebatur, ex ære poſitam fuiſſe intelligimus ex his Chriſtodori uerſibus in lib. VI. Epigrammatum Graecorum, ita in latinum tranſlatis à Laurentio Gambara.

Heſiodusq; choros Aſcraeus ſtabat agreſtes
Inter Hamadryadum media ſublimis in aula:
Aerea & effigies fundebat ad aethera carmen.

Pauſanias quoque in Boeoticis Heſiodo ſtatuam æream à Theſpienſibus in urbis foro poſitam fuiſſe ſcribit. qui & aliam Heſiodo ſtatuam in templo Iouis Olympici collocatam narrat in rerum Eliacarum lib. I. De Heſiodo Velleius lib. I. Huius temporis aequalis Heſiodus fuit circa centum uiginti annos diſtinctus ab Homeri aetatę, vir perelegantis ingenij, & molliſſima dulcedine carminum memorabilis; otij, quietisq; cupidiſſimus, ut temporę tanto uiro, ita operis auctoritate proximus, qui uitauit, ne in id, quod Homerus, incideret; patriamq; & parentes teſtatus eſt, ſed patriam, quia malefactus ab ea erat, contumelioſiſſimę.


ΗΣΙΟΔΟΣ
ΗΣΙΩΔΟΣ
ΔΙΩΥ
ΑΣΚΡΑΙΩΣ


SOPHOCLES.

SOPHOCLES, Sophili filius, in Colono Atticae natus, floruit qua Pericles aetate, cuius etiam collega in Praetura fuit, Socrate decem, & ſeptem annis ſenior. Tragicorum poëtarum princeps, fabulas docuit CXXIII, ut ſcribit Suidas. Cum ad ſummam ſenectutem tragoedias feciſſet, grano vuae ſtrangulatus interiit quinto, & nonageſimo aetatis ſuæ anno. Eius imaginem habemus palliatam, quemadmodum Menandri, de qua infra dicemus. Sophocli ſtatuam ab Athenienſibus in theatro dedicatam fuiſſe, ſcribit Pauſanias in Atticis.


ϹΟΦΟΚΛΗϹ

EVRIPIDES.


EVRIPIDES, Mneſarchi filius, Athenienſis ex Tribu Cecropidę, natus Olympiadis LXXV anno primo, Calliade archonte, uel, ut alij, LXX, quo die Xerxes rex ab Athenienſibus eſt fugatus fabulas docuit quinque & ſeptuaginta, in quibus quinquies tantum uiciſſe Iudicum iniuria tradit M. Varro. Earum exemplar, ipſius Euripidis manu ſcriptum, & Ptolemaeo regi ab Athenienſibus donatum, in Alexandrina bibliotheca ſeruabatur, ut Galenus annotauit. Moritur Euripides, cum LXXV aetatis annum ageret, laceratus ab Archelai regis canibus, apud quem uiuebat. Eius oſſa, petentibus Athenienſibus negata, in Pellam fuere tranſlata, & ſepulcro ex marmore condita: quãquam Strabo in Argiuorum foro magnifice ſepultum Euripidem ſcribit. Athenienſes autem & inanem honoris cauſa tumulum, & ſtatuam in theatro Euripidi poſuerunt, ut refert in Atticis Pauſanias. Sed in Conſtantinopolitano quoque gymnaſio (ut eſt in libro Epigramm. Graecorum quinto) Euripidis ſtatua fuit, cuius imaginis baſi ΕΥΡΕΙΠΙΔΗΣ nomen cum Ει in ſecunda ſyllaba, non ut vulgo, ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ inciſum, producendi ſyllabam Ioni poëtae, & aliis doctis cauſam dediſſe opinor.



LYSIADES *Athenienſis fabulam docuit, archonte Euaeneto, Olympiadis* CXI. *anno ſecundo. Poetae nomen, quod ſciam, alibi non exſtat.*

CHARILAI *quoque Locri nulla eſt apud Graecos ſcriptores mentio. Ex antiquo tamen lapide intelligimus Athenis fabulam docuiſſe, cum archon eſſet Euthycritus, anno primo Olympiadis* CXIII.


ΕΥΡΕΙΠΙ ΔΗC
ΕΥΡΕΙΠΙΔΗΣ
ΜΝΕΣΑΡΧΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ
ЄΥΡЄΙΠΙΔΗC




Lysippvs

Lysippvs *Arcas poeta Tragicus, claruit olympiadis centesimae uigesimae octauae anno secundo, cum archon esset Athenis Pytharatus. Eius meminit Athenaeus. Lib. ij. & viij. adductis fabularum nominibus, quae quidem ipse legit: Suidas etiam in uoce Lysippus.*

Pronomvs

Pronomi *Thebani nulla extat mentio apud scriptores, quos ipse quidem legerim: Ex antiqua autem inscriptione docuisse illum fabulas Pytharato archonte colligere possumus: atque illud hoc loco notandum est, Terentij fabularum inscriptiones, simili quadam uerborum formula conceptas esse, qua Graecę sunt hae, quas ex antiquo lapide descripsimus: Vt enim habet antiqua inscriptio,* ὁ δῆμος ἐχορήγει, *ita Terentianus liber, Aedilium Curulium nomina, ad quos ludorum cura pertinebat. et illud.* πρόνομος ἐδίδασκεν, *nihil aliud est, quàm Terentianum hoc Graeca Menandru: et hoc quoque, modulauit Flaccus Claudi tibijs duabus. Graecis illis planè respondet,* θέων θηβαῖος ηὔλει, *atque ut in Graeca inscriptione Archontis nomen adiectum est, Ita consulum in latina, quibus annus, quo acta esset fabula indicaretur.*

Carcidamvs *patria Sotius, si modo è marmore fideliter descripta est uox illa* ΣΩΤΙΟΣ *nam ego quidem de mendo suspicor, fabulam docuit archonte Athenis Heaechmo nos tamen nec poetae nomen, nec archontis alibi reperire potuimus.*



ARistophanes, Phidippidae filius, (quamuis à vulgatis omnibus ſcriptoribus Philippus Ariſtophanis pater nominetur) Athenienſis ex tribu Pandionidę, claruit qua Socrates aetate, in quem & Nephelas comoediam ſcripſit. Fabulas docuit quatuor & quinquaginta, uel, ut alij uolunt, quadraginta: variant enim Graeci ſcriptores de numero fabularum. Appellatus eſt vulgo Athenis Comoediae poëta, cum ceteris omnibus in eo poëmate antecelleret. Itaque rogatus Plato à Dionyſio, Siciliae tyranno, ut ſibi ſpeciem quandam, & quaſi imaginem Athenienſis reipub. oſtenderet, Ariſtophanis Nephelas ei miſiſſe dicitur, quibus iudicaret diuinus ille vir totam Athenienſis reipub. rationem, & inſtituta optime expreſſa eſſe, ob eamq; rem fuiſſe Ariſtophanem ab Athenienſibus ſacrae oliuae ramo coronatum. Moritur Athenis, cum ad ſummam ſenectutem perueniſſet, ibique ſepulcro conditur, quod cum aliorum, tum Platonis pernobile epigramma ſuperimpoſito lapidi inciſum habuit. Fuiſſe dicitur Ariſtophanes corporis habitu, & forma quadrata, caluitij ſui deformitatem ipſo in pace comoedia notantę: quod Plutarchus quoque animaduertit.



MOSCHION poeta Comicus, quo tempore vixerit, quoue loco natus fuerit, nondum repe: rire apud antiquos scriptores licuit. Eius autem uersus ex Comoedijs quas scripsit, multi adducuntur à Clemente Alexandrino, stromatum lib. vi, et Joanne stobaeo, qui fabularum quoq; nomina Themistoclem scilicet, & Pheraeos, adijciunt.



·CALLISTHENES·

CALLISTHENES *Lysimachi filius Atheniensis, poeta Comicus, natus patre Schoenoploco, id est, restione, Schoenion ipse, hoc est funiculus appellatus est. quod Comoediarum scriptor fuerit, in altera tabellae marmoreae parte, personam adiectam opinor: Eius Comoedias aliquot citant Athenaeus & Suidas, quamuis corruptè apud vtrumque Callias pro Callisthenes nominetur.*

MENANDER.

MENANDER, Diopithis filius, nouae comoediae poëtarum princeps, natus eſt Athenis, Olympiadis CIX anno tertio, archonte Soſigene, ut ex Graeca antiqua inſcriptione colligimus. Fabulas compoſuit centum & quinque, ut ex Apollodori uerſibus notat Gellius.


> Κηφϊσϊεὺς ὢν ἐκ Διοπείθευς πατρὸς
> Πρὸς τοῖς ἑκατὸν πέντε γράψας δράματ'
> Ἐξέλιπε πεντήκοντα καὶ δυεῖν ἐτῶν.

Donatus in uita Terentij refert ex Q. Conſentij auctoritate, redeuntem è Graecia Terentium in mari periiſſe cum centum & octo fabulis conuerſis è Menandro. itaque non immerito dimidiatus Menander à C. Ceſare appellatus eſt. Cum quinquageſimum ſecundum aetatis annum ageret, moritur Menander ſubmerſus, dum in Piraeeo portu nataret, archonte Athenis Philippo, Olympiadis CXXII anno ſecundo. Eius ſepulcrum celebri loco uenientibus ex Piraeeo in Attica conſpicitur, ut notat Pauſanias; qui ſtatuam quoque in theatro ab Athenienſibus Menandro poſitam fuiſſe refert in Atticis. alia quoq; Menandri ſtatua in Conſtantinopolitano gymnaſio fuit, Chriſtodori Epigrammate celebrata. Fuit Menander aſpectu ſtrabo, ſed ingenij acumine inſignis. Aeliani autem Graeca de eo Epigrammata, quae inciſa in marmore iuxta Homeri ſtatuam legebantur, ita uertit Laurentius Gambara.

Tuq; Menander eras iuxta ſtatuendus Amorem,
Cuius erant fidei credita ſacra tuae.
Eſt tecum nam ſemper Amor, & dignus amari
Es, quicunque tuam viderit effigiem.

Tu laetus comes es, ſociusq; Menander Amoris,
Qui cincta è ſertis tempora ſemper habes.
Mortales placidam docuiſti viuere vitam,
Innumeris hilarans ampla theatra iocis.

Non male te poſui contra mihi, care Menander,
Maeonium vatem, qui loca prima tenet.
Namque dedit quondam partes tibi habere ſecundas
Inſignis claro nomine Ariſtophanes.


ΜΕΝΑΝΔΡΟC
ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ
ΕΧΡΗΝΜΕΝΣΤΗΣΑΙ ΣΥΝΕΡΩΤΙΦΙΛΩΣΕΜΕΝΑΝΔΡΕ
ΩΣΥΝΖΩΝΕΤΕΛΕΙΣΟΡΓΙΑΤΕΡΠΝΑΘΕΟΥ
ΔΗΛΟΣΔΕΙΦΟΡΕΩΝΑΙΕΙΘΕΟΝ ΟΠΠΟΤΕΚΑΙΝΥΝ
ΣΗΝΜΟΡΦΗΝΚΑΤΙΔΩΝΑΥΤΙΚΑ ΠΑΣ ΣΕΦΙΛΕΙ
ΦΑΙΔΡΟΝΕΤΑΙΡΟΝΕΡΩΤΟΣΟΡΑΣ ΣΕΙΡΗΝΑΘΕΑΤΡΩΝ
ΤΟΝΔΕΜΕΝΑΝΔΡΟΝΑΕΙΚΡΑΤΑΒΥΚΑΖΟΜΕΝΟΝ
ΟΥΝΕΚΑΡΑΝΟΡΩΠΟΥΣΙΛΑΡΟΝΒΙΟΝΕΞΕΔΙΔΑΞΑ
ΗΔΥΝΣΣΚΗΝΗΝ ΔΡΑΜΑΣΙ ΠΑΣΙΓΑΜΩΝ
ΟΥΦΑΥΛΩΣΕΣΤΗΣΑΚΑΤΟΦΘΑΛΜΟΥΣΣΜΕΝΑΝΔΡΕ
ΤΗΣΔΕΓΟΜΗΡΕΙΗΣ ΦΙΛΤΑΤΕΜΟΙ ΚΕΦΑΛΗΣ
ΑΛΛΑΣΕ ΔΕΥΤΕΡΑΕΤΑΞΕΣΟΦΟΣΚΡΕΙΝΕΙΝΜΕΤΕΚΕΙΝΟΝ
ΓΡΜΜΑΤΙΚΟΣΚΛΕΙΝΟΣΠΡΟΣΘΕΝΑΡΙΣΤΟΦΑΝΗΣ
ΜΕΝΑΝΔΡΟC ΔΙΟΠΕΙΘΟΥC
ΚΗΦΙCΙΕΥC ΕΓΕΝΝΗΘΗ ΕΠΙ
ΑΡΧΟΝΤΟC CΩCΙΓΕΝΟΥC
ΕΤΕΛΕΥΤΗCΕΝ ΕΤΩΝ Ν
ΚΑΙ Β ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟC
ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΚΑΤΑ ΤΟ Β
ΚΑΙ Α ΕΤΟC ΤΗC ΠΤΟΛΕΜΑΙ
ΟΥ ΤΟΥ CΩΤΗΡΟC ΒΑCΙΛΕΙΑC

PHILEMON.

PHilemon, Damonis filius, Pompeiopoli Ciliciæ natus (ut ſcribit Strabo lib. xiiii) claruit Olympiade cxi, nouae comoediae, uel, ut Apuleius mauult, mediae poëta. fabulas docuit nonaginta, ut teſtatur Suidas: in quibus cum Menandrum ſaepius iudicum iniuria uiciſſet, dixiſſe illi Menandrum ferunt, Bona uenia dic mihi, Philemon, cum me uincis, num erubeſcis? Vixit annos centum & vnum, uel, ut quidam uolunt, nonaginta & nouem, ſeu ſeptem. De Philemonis morte ita ſcribit Valer. Max. lib. ix. Philemonem autem uis riſus immoderati abſtulit, paratas ei ficus, atq; in conſpectu poſitas aſello conſumente, puerum, ut illum abigeret, inclamauit: qui, cum, iam comeſtis omnibus, ſuperueniſſet, Quoniam, inquit, tam tardus fuiſti, da nunc merum aſello. ac protinus, vrbanitatem dicti crebro anhelitu cachinnorum proſecutus, ſenilę guttur ſalebris ſpiritus praegrauauit. Idem ſcribunt Lucianus & Suidas. Philemonis autem, & Arati imaginem ſuis nomiſmatibus Pompeiopolitani impreſſerunt, aliorum populorum imitatione, qui clarorum uirorum effigies, nobilitandi ſoli cauſa, in quo nati eſſent, ſuis nomiſmatibus ſignare conſueuerunt. Ita Parios Archilochum, Mytilenaeos Sappho poëtriam, & Chios Homerum honoraſſe, narrat Ariſtoteles in Rhetoricis. Extabat Romae ſuperioribus annis alia Philemonis imago è marmore, adſcripto nominę ΦΙΛΗΜΩΝ, quam ſe uidiſſe in Bibliotheca Nicolai Cardinalis Rodulphi retulit mihi Pyrrhus Ligorius Neapolitanus, à quo multa accepimus, quae ad huius libri inſtitutum pertinent. hanc fortaſſe indicauit Pierius lib. xxxv ita ſcribens: Auaritiam & ille geſtus in manu ſignificat, cum exporrecta capedunculam aſſimilat; quo geſtu Philemonis Romae ſignum uidi, cum in altera volumen complicatum haberet, idq; tenaciter reſtrictum, ut qui pretium ſibi depoſceret, non, niſi eo numerato, librum exhibiturus. ferunt enim eum comoediarum ſcriptorem ære graui ſolitum lucubrationes ſuas venundarę. inſcriptio ſanè erat ΦΙΛΗΜΩΝ.




ARATVS

ARATVS, Athenodori filius, et ipse patria Pompeiopolitanus, discipulus, & auditor Timonis, ac Menedemi philosophorum, in mathematicis uerò Aristotheri. Claruit temporibus Ptolemaei Philadelphi regis, quando Theocritus quoq; Syracusanus Bucolicorum poeta floruit. Scribit Latinus Arati Interpres, ignarum Aratum rerum mathematicarum, Eudoxi, atq; Hipparchi scripta secutum, ad phaenomena scribenda se contulisse. quod confirmat Cicero in libro de oratore ita scribens. Constat inter doctos ignarum Astrologiae ornatissimis atq; optimis uersibus Aratum de Coelo, & stellis scripsisse. Ipsa uero Arati phaenomena, transtulit latinis uersibus Cicero, & post eum, Germanicus Caesar, alijq; multi qui uulgò circumferuntur. sed alia pleraq; composuit Aratus, quae non extant. Commemorantur autem à Suida. Eius sepulcrum fuisse iuxta Pompeiopolim Ciciliae, quae prius Soli, à Solone dicebatur, scribit Pomponius Mela, cuius verba sunt haec. Iuxta Solos in paruo tumulo Arati poetae monumentum, ideo referendum, quia ignotum, quam ob causam iacta ad id saxa dissiliunt.

PINDARVS.

PINDARVS, Daiphanti filius, Thebis in vico Cynocephalorum natus, ut ait Stephanus, claruit Olympiade LXXVI, quo tempore in ſcena florebat Aeſchylus poëta Tragicus, & Syracuſis imperabat Gelonis frater Hieron, apud quem Pindarus iucundiſſime uixit. Quadrageſimum autem aetatis annum agebat Pindarus, cum Xerxes rex Perſarum ad ſubigendam Graeciam cum ingentibus illis copiis deſcendit. Lyricorum poëtarum princeps habitus eſt, & ob carminis ſuauitatem Dircaeus cycnus à Dirce Thebarum ſonte appellatus: in cuius ore, cum infans eſſet, apem, tanquam in alueare, mella, atque fauos depoſuiſſe aiunt. Scripſit cum alia multa, tum in primis hymnos, qui extant, in quatuor Graeciae certaminum uictores, uario carminum genere compoſitos, quos ad lyram ceciniſſe dicitur. itaque in ueteri quoque è marmore ſimulacro lyrae reliquiae quaedam apparent, ad quam canere quodãmodo epinicia, ut ſolebat, ſtans Pindarus uidetur. Eius autem nomen adeo per omnem Graeciam celebre fuit, ut, cum captas Thebas militibus diripiendas dediſſet Alexander, ut à Pindari ſola domo abſtinerent, iuſſerit. id quod Lacedaemonios etiam antea feciſſe legimus. De Pindari autem morte uariant inter ſe Plutarchus, & Valer. Max. è quibus, qui uolet, hiſtoriam petat. Annos uixit LV. Statuam illi in Martis templo Athenienſes poſuiſſe narrat in Atticis Pauſanias.


3
ΠΙΝΔΑΡΟϹ



SAPPHO

SAPPHO poetria. Scamandronymo patre Mytilenis nata; inter nouem Lyrici carminis poetas numeratur. claruit olympiade xlij quo tempore Alcaeus quoq; Lyricus floruit. Scripsit Aeolica lingua nouem carminum libros. Epigrammata, elegias, iambos, monodias, Epithalamia, & alia multa quae desiderantur. quae uero supersunt, ex eis fragmenta, collegimus in eo libro, qui editus est, nouem illustrium feminarum. plectrum Sapphonis inuentum Graeci Scriptores memorant, & sapphicum quoq; metrum ab ipsa dictum fuisse. Aristoxenus praeterea, quê in musica secutus est Plutarchus, harmoniam mixolydij à sapphone repertam scribit. perijt submersa, cum se e Leucade in mare praecipitasset, ut Graeci et Latini scriptores memoriae prodiderunt. Eius imaginem numis suis signasse Mytilenaeos scribit Pollux lib. x. et Aristoteles lib. ij. Rhet: Mytilenaeorum autem esse argenteum nomisma, indicant literae in eo impressae. silanionem quoq; sapphoni statuam ex aere fecisse, refert Tatianus in libro aduersus gentes, cuius in oratione contra Verrem meminit cicero, fuisseq; in Prytaneo positum id signum scribit, & à Verre sublatum: Pausanias tamen Athenis in arce prope Anacreontis imaginem sapphonis statuam collocat, eam fortasse, quam scribit Plinius à Leonte factam fuisse.

EVCHARIS LICINIAE L



DOCTA ERODITA OMNESARTES VIRGO VIXIT AN XIIII
HEVS OCVLE ERRANTE QVEI ASPICIS LETI DOMVS
MORARE GRESSVM ET TITVLVM NOSTRVM PERLEGE
AMOR PARENTEIS QVEM DEDIT NATAE SVAE
VBEI SE RELIQVIAE CONLOCARENT CORPORIS
HEIC VIRIDIS AETAS CVM FLORERET ARTIBVS
CRESCENTE ET AEVO GLORIAM CONSCENDERET
PROPERAVIT HORA TRISTIS FATALIS MEA
ET DENEGAVIT VLTRA VEITAE SPIRITVM
DOCTA ERODITA PAENE MVSARVM MANV
QVAE MODO NOBILIVM LVDOS DECORAVI CHORO
ET GRAECA IN SCAENA PRIMA POPVLO APPARVI
EN HOC IN TVMVLO CINEREM NOSTRI CORPORIS
INFISTAE PARCAE DEPOSIERVNT CARMINE
STVDIVM PATRONAE CVRA AMOR LAVDES DECVS
SILENT AMBVSTO CORPORE ET LETO TACENT
RELIQVI FLETVM NATA GENITORI MEO
ET ANTECESSI GENITA POST LETI DIEM
BIS HIC SEPTENI MECVM NATALES DIES
TENEBRIS TENENTVR DITIS AETERNA DOMV
ROGO VT DISCEDENS TERRAM MIHI DICAS LEVEM

EVCHARIS

EVCHARIS *Liciniae liberta, nobilis sui temporis, siue saltatrix illa siue mima fuerit, nisi antiqua haec cum imagine inscriptio extaret, ignota nobis penitus foret, cum eius nomen apud antiquos scriptores nusq; quòd sciam, reperiatur. Ex incisis autem in lapide literis colligere possumus in Comico illam choro cecinisse, & in orchestra anteq; agi Comoedia inciperet, saltare solitam fuisse. De choris autem Comicis quod ex uiginti quatuor, seu uiris, seu mulieribus, ut fabulae ipsius ratio poscebat, constaret, et Graeci scriptores tradunt, & ex Aristophanis Auibus notat antiquus Interpres. Sed saltatrices quoq;, quae ad tibiarum sonum decoris corporis motibus populum in theatro spectantem oblectaret, adhibitas fuisse à Comoediarum actoribus legimus. hinc Cicero in Pisonem. Tu ex tenebricosa popina consul extractus cum illa saltatrice tonsa Senatum Reip: casum, atq; interitum lugere uetuisti; & Gellius lib. i. cap. v cum de causa Sullae quaereretur, non iam histrionem eum esse diceret, sed gesticulariam, Dionysiamq; eum notissimae saltatriculae nomine appellaret.*

THEOCRITVS.

THEOCRITVS, Praxagorae, & Philinnae filius, patria Syracuſanus, ut ipſe quodam de ſe epigrammate teſtatur, Philete Coi auditor, & Aſclepiadis Epigrammatum ſcriptoris, claruit Ptolemaeorum Lagi, & Philadelphi temporibus, quibus carus admodum fuit. Scripſit Dorica lingua Bucolica Edyllia, quae Virgilius in eclogis imitatus eſt. Cum uero apud Graecos Moſchus etiam, & Bion paſtoritij huius carminis ſcriptores fuerint, longe tamẽ illos doctorum iudicio ſuperauit Theocritus. Eius autem eſſe hác, quam impreſſimus, imaginem, multis cauſis adducor, ut credam: nam & Fauni caput pinea fronde coronatum, pedum, & ſyrinx paſtoritia, quae omnia ad Bucolicos poëtas pertinent, adiecta ſunt; & in altera tabellae parte perſona ſcalpta eſt, qua paſtoritij carminis poëtae uti conſueuerunt. ſiquidem eorum poëſeos genus inter ea numeratur, quae mixta ſunt à Grammaticis appellata, quaeq; perſonatis adhibitis hiſtrionibus peragebantur. Theocriti autem mortis genus indicauit Ouidius in Ibide his verſibus:

Utq; Syracoſio præſtricta fauce poëtae,
Sic animae laqueo ſit via clauſa tuae.


41



P. TERENTIVS Apher: Terentij Lucani Senatoris seruus, deinde libertus, natus paulo ante finem secundi Punici belli, cum Scipione Aphricano, & cum Laelio familiariter uixit: quibus etiam adiuuantibus, quae hodie leguntur Comoediae, ex Menandro & Apollodoro in latinum conuertit. Post eas editas, quintum, & trigesimum agens aetatis annum in Graeciam nauigauit; e qua postea redeuntem in mari perijsse scribit Q. Cosentius cum centum et octo fabulis e Menandro conuersis. Alij in Stymphalo Arcadiae, dolore ac tedio amissarum fabularum morbo implicitum interijsse prodiderunt. Cn. Cornelio Dolabella, & M. Fuluio Nobiliore coss. fuisse autem statura Terentius dicitur mediocri, gracili corpore, & colore fusco. Eius uero quam habemus imaginem, deprompsimus ex antiquissimo bibliothecae Vaticanae libro, in quo Terentianae quoqꝫ fabulae uetustissimis notis exaratae sunt: nec sane dubitandum est, quin de alio antiquiore libro, et ab eo librario qui Terentij temporibus uicinior esset exscripto, depicta imago illa sit.



·ASINIVS POLLIO·

C· Asinius CN·F·Pollio, inter nobiles sui temporis non modo poetas, sed oratores etiam, & historicos numeratus, floruit olympiade cxcv, ut Eusebius annotauit. Scripsit inprimis tragoedias, quarum meminit Horatius hoc uersu ad ipsũ Pollionẽ scribens,

Paulum seuerae Musa tragoediae desit theatris.


Itaq; Virgilius non aliam ob causam in Bucolicis dixit:

Pollio et ipse facit noua carmina &c. Primus Romae bibliothecam aperuit, dictusq; omnium horarum uir: quod peruulgatum, prouerbij locum obtinuit. Consul fuit C. Asinius cum Cn. Domitio Caluino, anno ab vrbe condita D.CCXIIJ: et Procos. de Delmateis triumphauit; cuius triumphi Horatius eadem ad Asinium ode meminit. Cum lxxx. aetatis annum ageret, moritur Asinius, ut tradit Eusebius in Villa sua Tusculana.



·ASINIVS· GALLVS

C· A sinius C· F· CN· N· Gallus. inter Poetas, & oratores numeratur. à Seneca in Declamationibus. Suetonius in libro de claris Grammaticis uersus quosdā Asinij in M. Pomponium Marcellum pugilem et Grammaticum recitat. Plinius etiam in Epistolis Asinij carmina laudauit. Consul fuit cum L. Marcio Censorino, anno DCCXLV. quibus Consulibus Sextilem mensem. Augustum appellatum fuisse tradit Censorinus de die Natali. librum Asinius edidit, in quo patrem Pollionem Ciceroni comparauit, et praetulit, ut Plinius in ij Epist. ad Pontium refert. Et Suetonius eum librum indicans, ita in Claudio scribit. Item Ciceronis defensionem aduersus Asinij Galli libros satis eruditam. De Asinij morte apud Eusebium Olympiade CXCIX. haec leguntur. C. Asinius Gallus orator, Asinij Pollionis filius, cuius et Virgilius meminit, diris à Tiberio supplicijs necatur, ãno ante Titi Liuij mortem.



HORATIVS

Q. Horatius Flaccus, latinorum princeps lyricorum, Venusij, quod est Apuliae opidum, libertino patre, ut ipse de se narrat, Torquato & Cotta consulibus natus est anno D.CXXCIJX. puer à patre Romam ductus, Orbilio Grammatico operam dedit: Athenas deinde profectus, Epicureos primum, mox Academicos secutus est. floruit per ea tempora, quibus Virgilius, ac Varius claruere: Maecenati inprimis ob ingenij suauitatem carus, qui eum Augusto, post uictos bello ciuili Brutum & Cassium, quorum partes secutus erat, conciliauit. fuit Horatius statura pusillus, oculis lippis, cànus ante diem, cibi parcissimus, uini tamen appetentior quidam praepingui eum, et obeso corpore fuisse tradunt, & ad bilem paulo incitatiorem, placabilem tamen. moritur aetatis annum agens lvij. ut Eusebius tradit, alij. lxx. et amplius uixisse scribunt. nomisma autem aereum, è quo Horatij deprompsimus effigiem, Horatij ipsius temporibus signatum esse credendum non est, sed multis post annis à Venusina Colonia cusum, aliarum Ciuitatum more, de quibus paulo ante diximus: in altera uerò nomismatis parte expressa forte est insignis Venusini alicuius in Circensibus de curuli certamine uictoria.

48



·PERSIVS·

A· Persius, Flaccus, Volaterris Etruriae opido, Flacco patre, & Fuluia matre natus est, olympiade, ut tradit Eusebius, cciij Tiberij Imperatoris anno xxxij Rhemnij Palaemonis in Grāmatica primum & Rhetorica, Cornuti deinde stoici in philosophia auditor, inter Satyricos poetas, Nerone Imperante, numeratus est. In eoq; carminis genere ita claruit, ut meritam ex hedera coronam inde habuerit. sex tantum quae extant, reliquit Satyras; plures, si superfuisset, scripturus. Itaq; de ijs Martialis,

Saepius in libro memoratur Persius uno

Moritur unde trigesimo aetatis anno, cum stomachi uitio laboraret, ut scribit Eusebius. Si uero Cornutum antiquum Grammaticum sequamur, trigesimo. Cuius haec quoq; de Persio leguntur uerba. Fuit uero Persius moribus lenissimus, ac uirginali ferè quadam uerecundia, formaq; modesta ac pulchra &. quae eo libentius adieci, quod imagini è marmore cum Persij nomen non sit adscriptum, ex ijs potissimum, Persij illam esse conijcere possimus

L·VALERIO·L·F·PVDENTI
HIC·CVM·ESSET·ANNOR·XIII
ROMAE·CERTAMINE·SACRO·IOVIS
CAPITOLINI·LVSTRO·VI·CLA
RITATE·INGENII·CORONATVS·EST
INTER·POETAS·LATINOS·OMNIB
SENTENTIIS·IVDICVM·HVIC·PLEBS
VNIVERSA·MVNICIPVM·HISTONI
ENSIVM·STATVAM·AERE·COL
LATO·DECREVIT

A·LVCRETII·HISTORICI·AC·POETAE
CONDITORIS·VERISSIMI
CVI·OB·EXCELLENTIAM·INGENII
STATVA·CONDONATA
AC·CIVITATI·CAESENAE
ROMAN·COLONIAE·DEDVCTAE
IN·HOC·SACRO·MONTE·DEDICATA

A· Lucretij huius Caesenatis nullam apud La: tinos scriptores reperimus mentionem · inter histó: ricos autem, & poetas, numeratum fuisse, eiqꝫ à communi Caesenatium statuam, publicè decretã esse, ex antiquo hoc é marmore elogio, quod Caese: nae extat, intelligere possumus.

L· Valerius Pudens, hoc tantum uetusti lapidis elogio, nullius autem, quòd sciam, uete: ris Scriptoris testimonio clarus, in Histonio Italiae Opido, ut opinor, natus, à municipibus Histoniensibus statua donatus est, quòd in ludis Capitolino Joui Romae editis, de poeti: co quodam certamine uictoriam reportasset, et lauream coronam, poetarum more, adeptus esset. Hunc autem poetas coronandi morem, uetustissimum esse, et ab Homero, Hesiodoqꝫ poetis fluxisse, tradit Plutarchus in Symposiacorum lib. v. Itaqꝫ à Graecis acceptum illum Imp: Nero Latinis tradidit, primusqꝫ referente Dione lib XI. in certaminibus uictores poetas coronari instituit, et in Citharedorum quodam agone ipse coronari uoluit; quam quidem uictoriam in numis quoqꝫ, qui supersunt, signauit · De Jouis uerò Capitolini ludis in Graeca quadam an: tiqua inscriptione mentio est. et Herodianus lib. I. eos describit his verbis à Politiano in la: tinum conuersis · Ludos Romani Joui Capitolino faciunt, tanta hominum confluente multi: tudine, quantam par est confluere ad tantae Vrbis celebritatem. Spectare autem ac praeside: re in theatro unà cum sacerdotibus, quos ordo singulis annis postulat, etiã Imperator solitus. est

CLAVDIANI .V. C .
CLAVDIO CLAVDIANO .V. C .
TRIBVNO ET NOIARIOTNTER CETERAS
VIGENTES ARTES PRAEGLORIOSISSIMO
POETARVM · LICET · AD · MEMORIAM · SEM
PITERNAM CARMINA AB EODEM
SCRIPTA SVFFICIANT ADTAMEN
TESTIMONII · GRATIA · OB · IVDICII · SVI
FIDEM · D · D · N · N · ARCADIVS ET HONORIVS
FELICISSIMI · AC · DOCTISSIMI
IMPERATORES · SENATV · PETENTE
STATVAM · IN · FORO · DIVI · TRAIANI
ERIGI · COLLOCARIQVE · IVSSERVNT
ЄIN ЄNI BIPTIΛOIO NOON
KAIMOYCAN OMHPOY
KΛAYΔIANON PωMH KAI
BACIΛHC ЄΘЄCAN

CLAVDIVS Claudianus. patria Alexan-
drinus. ut ipse de se scribit. Arcadio & Honorio Romae
imperantibus floruit. Scripsit Graece & latine carmina.
quae extant in quibus ita sui temporis poetis antecelluit.
ut statua illi decreto Senatus ex aere statuta sit, ponenti-
bus iisdem Arcadio & Honorio Imperatoribus. quam
ipse in quadam praefatione his uersibus indicauit.

Sed prior effigiem tribuit successus ahenam.
Oraque patricius nostra dicauit honos.
Annuit his princeps titulum poscente Senatu &c.


Eius autem statuae basim cum inscriptione, patrum nos-
trorum temporibus. in ruinis fori Traiani repertam. Pom-
ponius Laetus. ut erat omnis antiquitatis conseruator di-
ligens. in Quirinali monte. ubi habitabat. aedium suarum
in impluuio collocauit. habet autem ea basis Graecum
quoque de Claudiano Epigramma incisum in hanc sen-
tentiam. quod ita uertit Laurentius Gambara.

Carmine Claudianum Reges. et Roma putarunt
Maeonio uati, Virgilioque parem.

ΕΥΦΡΑΝΘΕΙΣ ΣΥΝΕΧΩΣ ΓΕΛΑΣΑΣ ΠΑΙΞΑΣ ΤΕ ΤΡΥΦΗΣΑΣ
ΚΑΙ ΨΥΧΗΝ ΙΛΑΡΩΣ ΠΑΝΤΩΝ ΤΕΡΨΑΣ ΕΝ ΑΟΙΔΑΙΣ
ΟΥΔΕΝΑ ΛΥΠΗΣΑΣ ΟΥ ΛΟΙΔΟΡΑ ΡΗΜΑΤΑ ΠΕΜΨΑΣ
ΑΛΛΑ ΦΙΛΟΣ ΜΟΥΣΩΝ ΒΡΟΜΙΟΥ ΠΑΦΙΗΣ ΤΕ ΒΙΩΣΑΣ
ΕΞ ΑΣΙΗΣ ΕΛΘΩΝ ΙΤΑΛΗ ΧΘΟΝΙ ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΜΑΙ
ΕΝ ΦΘΙΜΕΝΟΙΣ ΝΕΟΣ ΩΝ ΤΟΥΝΟΜΑ ΜΗΝΟΦΙΛΟΣ

MENOPHILVS in quanam Asiae Urbe natus
sit incertum reliquit is qui Graecum de eo Epigramma
composuit. neque uero quonam Italiae loco mortuus sit
satis constat, cum ne hoc quidem in eo Epigrammate
expressum sit. Id autem qualecunque sit, ita uertit
Laurentius Gambara.

Laetitia pascens animum, ludoque, iocisque
Et genio indulgens non sine carminibus.
Non quenque factis laedens, dictisue. Deo sed
Ogygio et Musis carus, et Arsinoe,
Ex Asia rediens Itala tegor hac ego terra
Extinctos inter Menophilus Iuuenes



SOLON

SOLON *Execestidae filius Salaminius unus è septem Graeciae sapientibus floruit qua Pisistratus aetate, Seruio Tullio Romae regnante olympiade xlvi. cuius anno tertio Athenis archon etiam fuit, ut Laertius in eius uita testatur. Primus Athenis Areopagitas constituit, ac leges Atheniensibus scripsit, e quibus multa postea in xii tabulas à Decem uiris sunt translata. Cum igitur seuerissimis latis legibus, interrogatus esset, cur nullum supplicium constituisset in eum qui parentem necasset: respondit, se id neminem facturũ putasse. De solone illud quoq; narrant, furere eum simulasse, quò et tutior uita eius esset, et plus aliquanto Atheniensium reip: prodesset. sed Pisistrato iam rerum potito, in Aegyptum nauigauit, atq; multis peragratis Asiae regionibus postremo Ciliciam profectus. Vrbem condidit quam suo nomine Solos appellauit. Octogesimum autem agens aetatis annum, moritur Cypri, atq; eius cineres, translatis, ut iusserat, salaminam ossibus, per solum sparsi dissipatiq; sunt, ne Athenas scilicet inferrentur, unde cum discederet, ciues iureiurando adegerat, non antiquaturos leges suas priusq; redisset. Solonis sepulcro Epigramma incisum in hanc sententiam fuisse scribit Cicero Tuscul. li. i.*


Mors mea non careat fletu, linquamus amicis
Moerorem, ut celebrent funera cum lachrimis.

Eius meminit etiam in senectute, his uerbis. Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat uelle suã morte dolore amicorũ, lamentisq; uacare: uult se carum, credo, suis esse.

vid. Stosch. p. 34.




SOCRATES ophronisei filius Atheniensis ex tribu Antiochide. natus anno quarto olympiadis lxxvij. viij. Id: Aprilis, Apsephione archonte. Archelau Anaxagorę discipulum audiuit, primusq; ut inquit Cicero, philosophiam deuoca= uit è Cælo, & in urbibus collocauit, & in domos etiam introduxit, et coegit de uita & moribus rebusq; bonis et malis querere. Itaq; oeconomicę, illum, atq; moralis philosophiæ auctorem, Homerico quodam uersu admonitum, extitisse dicit Dioge nes Laertius. fuit ab Apolline omnium sapientissimus dictus, ob id, quòd nihil se scire affirmaret. Eius autem disputationes, uariosq; sermones, nullam enim ipse reli= quit literam, immortalitati mandauit Plato. Accusatus ab Anyto & Melito quòd de Dijs male sentiret, & in carcere causam dicere iussus, neglexit, et Lysiae orationem ele= gantissimam respuit, de qua scribit Cicero lib. i.° de oratore. Cum autem multa in car= cere supremo uitae die de animorum immortalitate disseruisset, quae memoriæ tradidit Plato, mortifero epoto ueneno interijt, anno primo olympiadis xcv aetatis suae lxx.° ut Demetrio Phalereo placet, ut alij tradunt lx.° fuisse dicitur Socrates facie Silenis simili, pressis naribus, quod cum alij, tum in Symposio notauit Xenophon. nudum autem dextrum humerum habere consueuisse, narrat Idem Xenophon in eodem libro, qua forma in tabella quoq; è marmore sculptus Socrates uidetur: uolumenq; mani= buis tenens; quod cum Xenophonteo etiam quodam loco in supra adducto libro con= uenit, in quo cum Critobulo peruoluens librum quendam Socrates inducitur.


ΣΩΚΡΑΤΗΣ


PLATO.

PLATO, Ariſtonis filius, natus eſt Athenis in vico Colytteo, Olympiadis LXXX anno ſecundo, archonte Aminia. Cum in cunis paruulo dormienti apes in labellis conſediſſent, reſponſum eſt, ſingulari illum ſuauitate orationis fore. itaque in Bruto ſcribit Cicero, Platonis more loqui Iouem, ſi Graece loquatur. Poëtices ſtudio deditus, audito Socrate, carmina à ſe compoſita combuſſit: Socratemq; primum, uigeſimum agens aetatis annum, cum in Academia philoſopharetur, ſectatus eſt; Cratylum deinde Heracliti, & Hermogenem Parmenidis diſcipulos audiuit, atque, ut mathematicis operam daret, ad Euclidem ſe Megara, & ad Theodorum Cyrenem contulit. poſtremo, ut Pythagoreos cognoſceret, in Italiam uenit; & in ea cum alios multos, tum Archytam, Timaeumq; cognouit, Pythagoreaq; omnia didicit, emptis à Philolao centum minis Pythagoricis tribus libris. Platonem refert Cicero Cretae cum Clinia, & cum Lacedaemonio Megillo aeſtiuo die in cupreſſetis Cnoſiorum, & ſpatiis ſilueſtribus de inſtitutis rerum publicarum, ac de optimis legibus diſputaſſe. Heracliteorum autem, Pythagoreorumq;, & Socraticorum rationes miſcuiſſe tradit Diogenes: apud quem narrat Ariſtoxenus, ter militaſſe Platonem, primò in Tanagram, ſecundò in Corinthum, tertiò in Delum; ubi & uictoria potitus ſit: ter etiam in Siciliam nauigaſſe: quo cum primo, ut inſulam, crateresq; uideret, ueniſſet; iniquitate Dionyſij Tyranni in maximis periculis uerſatus eſt. Multa mirabiliter ſcripta reliquit Plato, vnde philoſophorum deus à Cicerone dictus eſt: atque vno & octogeſimo anno ſcribens mortuus eſt, Olympiadis CVIII anno primo, in nuptiis diſcumbens, ut ait Laërtius. Cum autem multi eius diſcipuli numerentur, atque in his Ariſtoteles, Xenocrates, Heſtiaeus, & Dion Syracuſanus, quem, ut inquit Cicero, omnibus doctrinis expoliuit, Speuſippum tamen, ſororis filium, philoſophiae quaſi heredem reliquit. Sepultus eſt Athenis, multis nobilibus Epigrammatis ſepulcro inciſis. Fuiſſe Plato dicitur fronte lata, ideoque, cum antea Ariſtocles uocaretur, Platonem nominatum tradunt. Statuam habuit in Academia, Silanionis opus, à Mithradate Perſa dedicatam, in cuius baſi ſcriptum fuit, Mithradates Rhodobati filius Perſa Muſis imaginem Platonis dicauit. Silanionis opus. Cicero in Bruto: tum in pratulo propter Platonis ſtatuam conſedimus.


ΠΛΑΤΩΝ
ΠΛΑΤΩΝ
ΑΡΙΣΤΩΝΟC
ΑΘΗΝΑΙΟC



SPEVSIPPVS, Eurymedontis filius, Athenienſis, briefly centeſima & octaua Olympiade Platoni auunculo in ſchola ſucceſſit, cui per octo annos praefuit. Hunc philoſophiae quaſi heredem reliquit Plato, ut in Academicis quaeſtionibus ſcribit Cicero. Commentaria eum complura, & dialogos ſcripſiſſe tradit Diogenes Laërtius; atque eius libros tribus talentis ab Ariſtotele emptos fuiſſe. Moritur Speuſippus ſenio confectus, cum mortem ſibi ipſe ſponte conſciuiſſet, ut refert idem Laërtius.



XENOCRATES, Agathonis filius, Chalcedonius, Platonis in philoſophia auditor, & Ariſtotelis condiſcipulus, anno ſecundo cẽteſimae & decimae Olympiadis, archõte Lyſimachide, Speuſippo in ſchola ſucceſſit, cui per annos uigintiquinque praefuit. Fuiſſe dicitur aſpectu tetro, & inuenuſto, ita ut ſacrificare Gratiis à Platone ſaepius admoneretur: ingenio autem hebeti, & tardo adeo, ut ſe calcaribus in eo egere; contra autem in Ariſtotele frenis uti ſolere diceret Plato. Multa Xenocrates à ſe ſcripta reliquit, quae à Laërtio referuntur. ex iis autem libros de natura Deorum, & de ratione loquendi adducit Cicero in Academicis. in Tuſculanis uerò ita de Xenocrate ſcribit. Xenocrates, cum legati » ab Alexandro quinquaginta ei talenta attuliſſent, quae erat pecunia tempo- » ribus illis Athenis praeſertim maxima, adduxit legatos ad coenam in Aca- » demiam: iis appoſuit tantum, quod ſatis eſſet, nullo apparatu. cum poſtri- » die rogarent eum, cui numerari iuberet; quid? uos heſterna, inquit, cae- » nula non intellexiſtis, me pecunia non egere? quos cum triſtiores uidiſſet, » triginta minas accepit, ne aſpernari regis liberalitatem uideretur. Moritur » Xenocrates annum agens octogeſimum ſecundum, ad uas quoddam ahenum, in quod noctu offenderat, alliſo capite, ut ſcribit Laërtius.

ARISTOTELES


ARISTOTELES.

ARISTOTELES, Nicomachi filius, in Stagira Thraciae vrbe natus, Olympiadis nonagesimae nonae anno primo, claruit qua Magnus Alexander aetate, cui doctor etiam & praeceptor à Philippo patre accitus fuit. Narrat Diogenes Aristotelem, cum Xenocrates eius condiscipulus Academicorum scholae praeesset, locum elegisse in Lycio, in quo inambulans cum iis, qui Peripatetici ob id deinde dicti sunt, soleret disputare. Annum agens XVII Platone magistro usus est: multaq; scripsit, quae supersunt; nonnulla desiderantur, quae à Laërtio in eius uita referuntur. Tredecim autem annos in Lycio docuit. Agathias Smyrnaeus in libro de rebus Gotthicis, Chosroam Persarum regem scribit Aristotelis scripta omnia memoria tenuisse non minus, quàm Demosthenes orator Thucydidis historiarum libros octo. Cum sexagesimum tertium ageret aetatis annum, in Chalcide Euboeae periit; quo etiam tempore in Calabris diem obiit Demosthenes, Philocle archonte, anno tertio Olympiadis centesimae decimae quartae. alij uero septuagesimo aetatis anno, ab Eurymedonte Atheniense accusatum, quòd de Diis male sentiret, in Chalcidem clam profectum, mortifero epoto ueneno, periisse dicunt. Fuit Aristoteles paruis oculis, & cruribus exilibus, paruaq; uoce, veste insigni, annulisq; usum scribunt. Eius imaginem habeba[t] Atticus in Bibliotheca, cuius meminit Cicero ad ipsum scribens. maloq; in illa tua sedecula, quam habes sub imagine Aristotelis, sedere, quàm in istorum sella curuli. Pausanias etiam in rerum Eliacarum primo Aristotel[is] statuae cuiusdam facit mentionem. Ea uerò, quam nos edendam curaui[]mus Aristotelis imaginem, expressa diligenter est è tabella quadam è mar[]more, è Neapoli superioribus annis Romam allata, & in Galliam deinde [à] Ioanne Cardinale Bellaio translata. de cuius quidem antiquitate cum al[ij] plerique, rerum antiquarum periti, fidem faciunt; tum imprimis Hieronymus Ganimbertus, cuius apud me auctoritas plurimum, ut debet, ualet.


ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ
ΝΙΚΟΜΑΧΟΥ
ΣΤΑΓΕΙΡΙΤΗΣ
ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ
Ο ΑΡΙΣΤΟΣ ΤΩΝ
ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ
ΣΤΑΓΕΙΡΙΤΗΣ

THEOPHRASTVS.

THEOPHRASTVS, patre Melanta natus eſt Ereſi, ſed Athenis uixit. itaque, cum percontaretur ex anicula quadam, referente Cicerone, quanti aliquid uenderet, & reſpondiſſet illa, atque addidiſſet, Hoſpes, non pote minoris; tuliſſe eum moleſte, ſe non effugere hoſpitis ſpeciem, cum aetatem ageret Athenis, optimeq; loqueretur. Audiuit primo Leucippum, deinde Platonem, poſtremo Ariſtotelem, cui Olympiade CXIV ſucceſſit in ſchola, duorum millium ad illum audiendum accurrentium diſcipulorum frequentia nobili. Diuinitate loquendi nomen inuenit, ut inquit Cicero; appellatusq; eſt ob id ab Ariſtotele Theophraſtus, cum antea Tyrtamus uocaretur. Multa praeclare ſcripſit, ſed imprimis quae extant, ſtirpium naturas, omniumq; rerum, quae è terra gignuntur, cauſas, atque rationes; Ariſtotelem magiſtrum imitatus, qui animantium ortus, uictus, & figuras perſecutus eſt. Senex lectica ferri per urbem ſolitus fuit; &, cum ad aetatis annum octogeſimum quintum perueniſſet, ac labore aliquantulum ſuperſedere coepiſſet, moritur extremis his uerbis, qui aderant, diſcipulos alloquutus. Iniuſte fecit natura, quod ceruis, & cornicibus uitam diuturnam, quorum id nihil intereſt: hominibus uero, quorum maxime intereſt, tam exiguam uitam dedit. quorum ſi aetas potuiſſet eſſe longinquior, futurum fuiſſe, ut omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum uita erudiretur. Hac habita ad circunſtantes oratione, animam efflauit, & ab Athenienſibus magna frequentia (ut Laërtius ſcribit) eſt elatus. Fuiſſe dicitur Theophraſtus natura beneficus, & ſermone omnibus affabilis, ac iucundus, ſummaq; imprimis praeditus prudentia, atque Athenienſibus adeo carus, ut, cum ab Agnonide quodam, quòd de Diis male ſentiret, accuſatus eſſet, parum abfuerit, quin accuſator ob eam cauſam illo ipſo crimine ſit damnatus.


ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ
ΜΕΛΑΝΤΑ
ΕΡΕΣΙΟΣ

PRODICVS.

PRODICVS, patria Chius, uel, ut Suidas mauult, Ceus ex Iulide ciuitate, floruit qua Socrates, Gorgias, & Abderites Democritus aetate, Protagorae auditor. Phyſicus, & ſophiſta temporibus illis maximus habitus eſt. Sed, cum accuſatus eſſet Athenis, quòd adoleſcentium mores corrumperet, epoto veneno moritur. Eius meminit Plato in Protagora, Xenophon in libro de factis, & dictis Socratis, & Cicero in Bruto. Theon quoque Ariſtophanis interpres, & Suidas Prodici librum citant, qui ὧραι inſcriptus fuit, cuius argumentum quale fuerit, & ipſi docent, & ex Xenophonteis uerbis, quae ſunt in ſupra adducto libro, intelligi poteſt: ea uerò, quia ad Epigrammatis, baſi Herculis inciſi, intelligentiam ſummopere pertinent, ſatis mihi erit indicaſſe, vnde
» peti poſſint. Cicero quoque in lib. 1. de officiis ita de hac ipſa re ſcribit.
» Nanque Herculem Prodicus dicit, ut eſt apud Xenophontem, cum pri-
» mum pubeſceret (quod tempus à natura ad deligendum, quam quiſq; uiam
» uiuendi ſit ingreſſurus, datum eſt, exiſſe in ſolitudinem, atque ibi ſedentem
» diu ſecum, multumq; dubitaſſe, cum duas cerneret uias, vnam uoluptatis,
» alteram uirtutis, utram ingredi melius eſſet. & in epiſtola ad Luceium lib. v.
Gratiamq; illam, de qua ſuauiſſime quodam in prooemio ſcripſiſti, à qua te affici non magis potuiſſe demonſtras, quàm Herculem Xenophontium illum à uoluptate. Graecum autem Epigrãma ita uertit Laurentius Gambara.


Hanc poſuit patrio effigiem de marmore Felix,
Quae pueri vultus Herculis ore refert.
Cetera quis noſcet, quae tempore geſſimus illo;
Ni Prodici Herculeam perlegat hiſtoriam?


ΗΛΙΚΙΗΝ ΠΑΙϹ ΕΙΜΙ·ΒΡΕΤΑΣ·Δ·ΕϹΤΗϹΑΤΟ
ΦΗΛΙΣ
ΗΡΑΚΛΕΟΥϹ ΕΙΚΩ ΟΙϹΘΑΜΕ
ΚΑΙ ΠΡΟΔΙΚΟΥ



PYTHAGORAS

PYTHAGORAS Mnesarchi filius, Samius, Pherecydis auditor, floruit olympiade sexagesima quo fere tempore à L. Iunio Bruto Romae Reges eiecti sunt. Cum Samum patriam ex Aegypto reuersus, Polycratis Tyranni dominatu premi offendisset, in Italiam uenit, atque eam partem tenuit, quae est magna Graecia appellata, ibique scholam habuit, quae ad decimam nonam aetatem durauit. Tria autem uolumina à se edita reliquisse Pythagoram multorum adductis testimoniis affirmat Laertius, & octogesimo aetatis anno, siue nonagesimo in Metaponto mortuum esse. Eius autem uiri imaginem Samii, ut Sami natum Pythagoram indicarent, in aereo nomismate signarunt, radio signū aliquod in sphaera tangentem, et fortasse uagum stellae Veneris motum, quem primus deprehendit designantem, de quo Plinius lib ii. cap viii. Infra solem ambit ingens Sidus appellatum Veneris, altero meatu uagum, ipsisque cognominibus aemulum solis & lunae. Praeueniens quippe, & ante matutinum exoriens Luciferi nomen accipit, ut sol alter diem maturans; contra uno ab occasu refulgens, nuncupatur Vesper, ut prorogans lucem, uicemque lunae reddens; quam naturam eius Pythagoras Samius primus deprehendit, olympiade circiter xlii. qui fuit Vrbis Romae annus cxlii. Animaduertit hoc primus Nicolaus Florentius Batauus amicus meus, & Romanarum antiquitatum bene peritus, qui mihi nomismatis copiam fecit.




HERACLITVS Phyſicus, Blyſonis filius, Epheſius, Xenophanis, & Hippaſi Pythagorei auditor, claruit Olympiade LXIX. quo quidem tempore Darius, Hyſtaſpis filius, rex Perſarum, Heraclitum cupiens audire, de rebus naturalibus diſputantem, ad eum epiſtolam ſcripſit, quam adducit Laërtius, rogans, ut ad ſe ueniret. Fuit autem Heraclitus obſcurus cognomento dictus; librum enim de natura inſcriptum reliquit, in quo quid diceret, intelligi noluit: itaque in Dianae illum Epheſiæ templo depoſuiſſe aiunt, ut à ſolis eruditis legeretur; à Cratete deinde in Graeciam allatum, & Graecis philoſophis communicatum fuiſſe; ab eoq; Heracliteos philoſophos appellatos. Cum ab hominum coetu, frequentiaq; Heraclitus in ſolitudinem ſe uaſtam abdidiſſet, aſſiduo herbarum uſu, quibus ueſcebatur, in intercutis aquae morbum incidit. cui cum mederi cuperet, in urbem ſe rurſus recepit, & à medicis per aenigmata ſciſcitabatur, an fieri poſſet, ut ex imbre ſiccitas gigneretur. quibus non intelligentibus, boum ſtabulo incluſus, atque pingui fimo obrutus, eo calore putans noxium humorem exhauriri poſſe, LX aetatis anno interiit, ut quidam addunt, à canibus laceratus.

ZENO.


CVm duo extiterint ZENONES, Cittiaeus alter, alter Eleates, neq; in imaginis baſi patriae nomen, uel patris adſcriptum ſit, adducor tamen, ut credam, Eleatem Zenonem indicari, quòd ea, quae de Cittiaei corporis forma, & effigie à Diogene Laërtio referuntur, minus ad hanc, quam habemus, Zenonis imaginem, in Hadriani villa Tiburtina repertam, accommodari poſſunt. fuiſſe enim Cittiaeum obtorto collo; contra autem Eleatem procero, Laërtius ex Platonis auctoritate in Parmenide ſcribit. Zeno igitur Eleates, Pyreti filius, Olympiade ferè LX floruit, quo tempore Cyrus in Aſia regnabat. Parmenidis auditor, & dialecticae auctor fuiſſe dicitur; quam, cum compreſſerat digitos, pugnumq; fecerat, indicare ſolebat. Idem inuentor, & princeps Stoicorum ſectae fuiſſe narratur. Librorum autem, quos reliquit, Laërtius in eius vita meminit. A Nearcho Tyranno, in quem acerbius inuehebatur, in uas è marmore cauum incluſus, contuſusq;, nouo tormentorum genere necatus interiit.


ΖΗΝΩΝ



CARNEADES, Philocomi, non, ut quidam ſcripſerunt, Epicomi, filius, Cyrenaeus, nouae Academiae princeps, audiuit Egeſinum philoſophum, & à Diogene Stoico dialecticam didicit, quartus ab Arceſila, qui cum Zenone Polemonis auditor ſuit; Chryſippi maxime ſtudioſus: itaque compoſito illum capillo, comaq; uſum, & expoliẽdis nimium vnguibus deditum fuiſſe ſcribit Laërtius. In ea praecipue uerſatus eſt philoſophiae parte, quae pertinet ad mores, relicta rerum naturalium inquiſitione. Epiſtolas autem tantum quaſdam, ad Ariarathem Perſarum regem ſcriptas, reliquiſſe tradit Diogenes; reliqua ab eius diſcipulis conſcripta eſſe. Cum Critolao, & Diogene nobiliſſimis eo tempore philoſophis legatus Romam ab Athenienſibus maximis de rebus miſſus, à principibus Romanae ciuitatis frequenter eſt auditus. ſed ſuſpecta eius legatio Romanis fuit, dicente M. Catone, ab hoc uiro cauendum eſſe, qui ob eloquentiam, & dicendi copiam facile quaecunque uelit impetrare poſſet. In eius autem legationis itinere, cum Praeneſte ueniſſet, templumq; illud auguſtum Praeneſtinae Fortunae admiratus eſſet, dixiſſe fertur nuſquam ſe Fortunatiorem quam Praeneſte uidiſſe Fortunam. Moritur mortifero ſponte epoto veneno, Olympiadis CLXII anno quarto, cum XXCV, ut ait Laërtius, ſiue CX, ut mauult Cicero, annos uixiſſet. Fuiſſe dicitur Carneades magna memoria, & diuina quadam ingenij celeritate, dicendiq; copia praeditus.

CRATIPPVS




CRATIPPVS, Sciondae filius, Mytilenaeus, suae aetatis Peripateticorum princeps, scholam habuit Athenis, multorum discipulorum frequentia nobilem, & imprimis Ciceronis filij, cum quo non ut magister tantum, sed ut pater coniunctissime uixit. Cicero in libro de Diuinatione, appellat Cratippum uirum optimum, & familiarem suum, parem summis Peripateticis: & in lib. de Vniuersitate, Peripateticorum omnium, quos audierit, facile principem. Plutarchus in Pompeio scribit, post Pharsalicam pugnam fugienti Pompeio Cratippum cum Mytilenaeorum turba, quae salutatum magnum illum virum exierat, obuiam factum, multa de prouidentia disseruisse, affirmasseq; res Romanas labi necesse fuisse; eoq; modo Pompeium consolatum esse, & à desperatione ad spem reuocasse.





APOLLONIVS TYANEVS.

APOLLONIVM Tyaneum patre Apollonio in Tyana Cappadociae vrbe natum, Pythagoreum philosophum, imperantibus Romae Caligula et Claudio floruisse, scribit Suidas. De uita autem Apollonij, & moribus, octo libros conscripsit Philostratus, è quibus tota de uiri huius gestis historia petenda est. Hieronymus quoq; in Epistola ad Paulinum ita de eo scribit. Apollonius ille siue magus, ut vulgus loquitur, siue philosophus, ut Pythagorici tradunt, intrauit Persas, pertransiuit Caucasum, Albanos, Scythas, Massagetas, opulentissima Indiae regna penetrauit, & ad extremum latissimo Phison amne transmisso peruenit ad Brachmanas ut Iarcham in throno sedentem aureo, & de Tantali fonte potantem inter paucos discipulos de natura, de motibus, ac de cursu dierum, & siderum audiret docentem. inde per Elamitas, Babylonios Chaldeos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Phoenices, Arabas, Palaestinos, reuersus ad Alexandriam, perrexit ad Aethiopiam, ut Gymnosophistas, et famosissimam solis mensam uideret in sabulo. Inuenit ille vir ubiq; quod disceret, & semper proficiens, semper se melior fieret. Scripsit super hoc plenissime octo uoluminibus Philostratus &c. Quòd autem in nomismate aereo, cuius mihi Nicolaus Florentius Batauus copiam fecit, Teaneus, pro Tyaneus scriptum sit, errore eius qui numum cusit, factum esse opinor. Nam Tyana, non Teana, habent omnes libri in quibus hoc nomen reperitur. Scribit, autem Lampridius Alexandrum Imperatorem in larario suo, Apollonium inter diuos consecratum coluisse; et Aurelianum tradit Vopiscus admonitum in somnis ab Apollonio, ne Tyanam Vrbem expugnaret, expergefactum imaginem & statuam ei dedicauisse. Xiphylinus quoq; Caracallam, quòd praestigiatoribus delectaretur, monumentum Apollonio, qui Domitiano imperante floruerat, faciendum curasse. Quibus quidem temporibus, aereum nomisma cusum fuisse, uerisimile est.



IVNIVS R·VSTICVS·


L· Iunij Rustici, philosophi Stoici meminit his uerbis Capitolinus in vita Marci Antonini. Peripateticæ uerò studiosos audiuit Claudium Seuerum; & præcipue Iunium Rusticum, quem et reueritus est, & sectatus, qui domi militieq; pollebat, stoicæ disciplinæ peritissimum, cum quo omnia cõmunicauit publica priuataq; consilia. cui etiam ante Praefectos Prætorio semper osculum dedit: quem in consulem iterum designauit: cui post obitum à Senatu statuas postulauit. Tantum autem honoris magistris suis detulit, ut imagines eorum aureas in larario haberet, ac sepulcra eorum aditu, hostijs, floribus sen[...]r honoraret.



SEX·HERI·SEX·F·COL·
MVSOLI·PHILOSOPHI
STOICI
VIXIT·ANN·XXII
DIES·XIII
SEX·HERIVS·SEX
LIB·AVCTIVS
MAGISTER
AVGVSTALIS
CINTRARIVM·
COND·

TI: CLAVDIVS ALEXANDER·


Capitolinus in uita Marci Antonini. Claudium quendam Maximum. philosophum stoicum nominat, Marci Imperatoris praeceptorem, qui an is sit de quo elogium in marmore extat, dubitari potest, cum huic Alexandro illi Maximo sit cognomen. Neq; uerò de Sex Herio Musulo, qui et ipse philosophus fuit Stoicus, mentio apud Scriptores quos legerim reperitur. Stoicorum autem sectae princeps, & inuentor dicitur fuisse Zeno Cittieus, qui cum porticum antea Pisianacteam, postea uariam à Polygnoti pictura appellatam, frequentare soleret, atq; eò ad illum audiendum discipuli undiq; confluerent, uolens locum illum honestare, ibi scholam habere coepit, à quo eius auditores, qui antea Zenonij dicebantur, sût postea Stoici nominati.



MAXIMVS philoſophus, Seueri filius, Romanus, floruit temporibus Iuliani Imperatoris, cuius etiam praeceptor fuiſſe dicitur, ut Eunapius in eius vita tradit; ſi modo is eſt hic Maximus, de cuius uita, & moribus ſcribens Eunapius ait, ſe, cum adoleſcens eſſet, ſenem illum ſaepius uidiſſe, & loquentem audiſſe, eiusq; uocem fuiſſe, qualis Homericae Palladis, aut Apollinis perhibetur. Ammianus quoque Marcellinus libro xxv de Iuliani Imperatoris morte ſcribens Maximi philoſophi meminit his uerbis. „ quibus ideo iam ſilentibus, ipſe cum Maximo, & Priſco philoſophis ſuper animorum ſublimitate perplexius diſputans, hiante latius ſuffoſſi lateris vulnere, & ſpiritum tumore cohibente uenarum, epota gelida aqua, quam petiit medio noctis horrore, uita facilius eſt abſolutus, anno aetatis altero & trigeſimo &c. „ Maximus autem, ut ſcribit Eunapius, claris, atque opulentis ortus parentibus, fratres habuit germanos utroſque philoſophiae deditos, Claudianum, & Nymphidianum; quorum alterum, Claudianum ſcilicet, Alexandriae, Nymphidianum uero Smyrnae docuiſſe: ſed Maximus, Aedeſij philoſophi doctrina eruditus, Iuliano ipſe Imperatori, ceteris omnibus à Conſtantio interſectis, magiſter accitus fuit. Ingenij autem acumine, cuius indices oculos habebat, ſermonisq; lepore, ac dicendi copia ſui temporis omnibus praeſtitiſſe narrat Eunapius. oculis eum fuiſſe lubricis, & mobilibus: barba autem, quod eam tondere non eſſet ſolitus, maiore. Sed eius geſta, & mortem ex Eunapio, qui uolet, petat.

ΕΥΚΡΑΤΙΔΑΣ· ΠΕΙΣΙΔΑΜΟΥ· ΡΟΔΙΟΣ
ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ· ΕΠΙΚΟΥΡΕΙΟΣ· ΤΟΝ
ΤΟΠΟΝ· ΤΗΣ· ΒΡΟΥΝΤΕΣΙΝΩΝ· ΒΟΥ
ΛΗΣ·ΕΙΣ·ΤΑΦΗΝ· ΨΗΦΙΣΑΜΕΝΗΣ
EVCRATIDAS·PISIDAMI·F·RHODIVS
PHILOSOPHVS· EPICVRIVS·L·P·D·D·D

EVCRATIDAE Rhodij, philosophi Epicurei nomen obscurum nobis penitus foret, nisi antiqua haec è marmore inscriptio extaret: Ex qua, et patria Rhodium, et Epicuri illum disciplinam secutum esse cognoscimus. Epicureos autem philosophos, ab Epicuro eius sectae principe nominatos esse, et Diogenes Laertius scribit, et scriptores alij omnes confirmant.




ANDOCIDES, Leogorae filius, Athenienſis, ſummo loco natus eſt Olympiade ſeptuageſima octaua, archonte Theogenidę, centum fere annis Lyſia antiquior. Hellanicus autem apud Plutarchum ſcribit, paternum genus Andocidae ortum à Mercurio. Inter nobiliſſimos autem decem Graeciae oratores numeratus, in reip. quoque adminiſtratione claruit. Orationes ſcripſit multas, quae in manibus habentur. nonnullae deſiderantur, quarum nomina apud Plutarchum, & Harpocrationem leguntur. Erat Athenis Hermes, qui, quod prope Andocidis domum ab Aegeidę tribu poſitus eſſet, Andocides cognominabatur, ut refert Plutarchus. ſed uidendum, an is ſit, quem praeteritum ab Alcibiadę legimus, cum Hermas omnes, qui Athenis eſſent, vna nocte circuncidiſſet, quòd non tantum nomen praeſeferret, ſed imaginem etiam Andocidis, ut quidam ſcribunt: imagines enim clarorum uirorum Hermis apponere ſolitos fuiſſe antiquos iam diximus.

LYSIAS.


LYSIAS, Cephali filius, natus eſt Athenis, archonte Philoclę, Olympiadis octogeſimae ſecundae anno ſecundo. Decimum quintum agens aetatis annum, ſublatis in Sicilia Tyrãnis, profectus Syracuſas, vnde paterno genere oriundus erat, Niciam, & Tiſiam dicendi magiſtros audiuit; atq; ibi per annos XLVIII in reipub. adminiſtratione uerſatus eſt. ſed accuſatus, quod Athenienſium partes, qui tunc cum Syracuſanis aduerſo bello pugnauerant, tueretur, eiectus Syracuſis, rurſus Athenas petiit, cum Quadringentorum dominatu urbs teneretur; ibique reliquum aetatis uſque ad annum octogeſimum tertium, ſiue ſeptuageſimum ſextum, ſine forenſi ſplendore uixit. Orationes reliquit multas, ex quibus aliquot deſiderantur. has Cicero in Bruto comparat iis, quas M. Cato ſcripſit: ſic enim inquit. Catonis autem orationes non minus multae ferè ſunt, quàm Attici Lyſiae, cuius arbitror plurimas eſſe. eſt enim Atticus, quoniam certe Athenis eſt & natus, & mortuus, & functus omni ciuium munere; quanquam Timaeus eum quaſi Licinia, & Mutia lege repetit Syracuſas: & quodammodo eſt nonnulla in his etiam inter ipſos ſimilitudo: acuti ſunt, elegantes, faceti, breues, &c. Et in eodem libro, paulo ſupra. Tum fuit Lyſias ipſe quidem in cauſis forenſibus non uerſatus, ſed egregie ſubtilis ſcriptor, atque elegans; quem iam prope audeas oratorem perfectum dicere: nam plane quidem perfectum, & cui nihil admodum deſit, Demoſthenem facile dixeris &c. Scribit autem Plutarchus, Lyſiam ſenem iam Demoſthenem adoleſcentulum uidiſſe.


ΛΥΣΙΑΣ
ΛΥΣΙΑΣ
ΛΥΣΙΑΣ
ΚΕΦΑΛΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ



·LEODAMAS·

LEODAMANTIS *ne, an Alcidamantis hæc imago sit, cum ex mutila nominis scriptura affirmare non liceat, labor tamen ut credam Leodamantis effigiem indicari; quòd trium tantum literarum uel minus spatium abruptum esse è marmore appareat, non quatuor, que in Alcidamantis nomine desiderantur. fuit autem Leodamas dicendi magister, & Aeschinis oratoris præceptor, ut scribit Plutarchus in Aeschinis uita Alcidamas uero rethor antiquus, & nobilis, qui mortis laudationem scripsit, ut Cicero ait in Tuscul: libro primo.*



ISocrates, Theodori filius, natus est Athenis, Lysimacho archontę, Olympiade LXXXVI, sex annis, ut Diogeni placet, natu maior, quàm Plato. Audiuit adolescens Prodicum Chium, & Tisiam Syracusanum, nobiles tunc dicendi magistros; & in Thessalia Leontinum Gorgiam iam senem. confirmata autem aetate ad forum non accessit, quòd grandem, plenamq; uocem, qualem subsellia desiderant, non haberet: tantum autem laudis cum in scribendo, tum in docendo est consecutus, ut ipse eloquentiae pater, domus autem eius officina appellaretur. primus enim (ut inquit Cicero) instituit dilatare uerbis, & mollioribus numeris explere sententias. Orationes scripsit permultas, sed non omnes supersunt. librum qui Panathenaicus inscribitur, quarto & nonagesimo aetatis suae anno scripsisse dicitur, & quinquennium postea uixisse. alij uero centum annorum numerum explesse tradunt. Sepultus est prope Cynosarges patrio monumento, uariis tabellis exornato; è quibus vnam Isocratis sepulcro superimpositam fuissę, in qua poëtae, praeceptoresq; ipsius, & Leontinus Gorgias, sphaeram intuens, ipseq; vna Isocrates scalpti essent. Plutarchus quoque scribit, Timotheum Cononis filium Isocrati praeceptori suo, memoriae causa, statuam æream Leocharis opus, in Eleusine posuissę: Apharetum autem filium æream similem columnae superimpositam in Rheae cognomento Olympiae templo Athenis collocasse, cuius in Atticis Pausanias meminit. Erat autem Isocratis imago Athenis picta in Pompio, & in Arcę, ut idem refert Plutarchus.

AESCHINES

AESCHINES.

AESCHINES, Atrometi filius, Athenienſis ex vico Cothocidę, obſcuro, & humili loco natus, Iſocratem, & Platonem, ut quidam ſcribunt, audiuit; Caecilius uero antiquus rhetor Leodamantis illum ait diſcipulum fuiſſe. Ludimagiſter primò, & tertiarum partium actor in tragoediis fuit, ut Demoſthenes illi obiecit: floruit enim qua Demoſthenes aetate, cui etiam, Ciceronis iudicio, in oratoria laude proximus fuit. Cum autem contrarias in republica partes ſecuti eſſent, inimicitias quoque ex ea diſſenſione ſuſceperunt. itaq; accuſatus Aeſchines à Demoſthenę, quòd legationem ementitus eſſet, in iudicium adduxit Cteſiphontem, ut, ulciſcendi inimici cauſa, nomine Cteſiphontis iudicium fieret de factis, famaq; Demoſthenis. hanc multam (inquit Cicero, qui contrarias has Demoſthenis, & Aeſchinis orationes conuertit) Aeſchines à Cteſiphonte petiit quadriennio ante Philippi Macedonis mortem: ſed iudicium factum eſt aliquot annis poſt, Alexandro iam Aſiam tenente; ad quod iudicium cōcurſus dicitur è tota Graecia factus eſſe: quid enim aut tam uiſendum, aut audiendum fuit, quàm ſummorum oratorum in grauiſſima cauſa accurata, & inimicitiis incenſa oratio? De his ipſis orationibus ita in III de Oratore ſcribit. Quo mihi melius etiam illud ab Aeſchine dictum uideri ſolet, qui cum propter ignominiam iudicij ceſſiſſet Athenis, & ſe Rhodum contuliſſet, rogatus à Rhodiis, legiſſe fertur orationem illam egregiam, quam in Cteſiphontem contra Demoſthenem dixerat: qua perlecta, petitum eſt ab eo poſtridie, ut legeret illam etiam, quae erat contra à Demoſthenę pro Cteſiphontę edita; quam cum ſuauiſſima, & maxima uoce legiſſet, admirantibus omnibus, Quanto magis (inquit) admiraremini, ſi audiſſetis ipſum? &c. Scripſit Aeſchines orationes tres, epiſtolas nouem, quae extant. Cum autem Rhodi ſcholam haberet, quae poſtea Rhodia fuit appellata, Samum negotiandi cauſa profectus, ibi mortuus eſt, non multo poſtquam in exilium eiectus ab Athenienſibus fuerat.


ΑΙΣΧΙΝΗΣ
ΑΤΡΩΜΗΤΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ



TERENTIA · T · · · · · · · · · · · M · TERENTIO
TVLLIAE · · · · · · · · ·
M · TERENTIO · · · ·
M · TERENTIO · M · F · C · · ·
M · TVLLIO · CICER
TVLLIAE · · · · · · · · · · · · ·
TVLLIAE · Ↄ · L · P · · · · · · · · · · · · ·
TVLLIAE · M · L · P · · · · · · · · · · · · · · ·

M · ET · Q · FRATRES. ET. M. FILIVS CICERONES ·

M · Tullius · M · F · Cicero, triumuir ut opinor, auro, argento, aere, flando feriundo, argenteos hos numos, cum Ciceronis patris inscriptione signauit, in quorum altero, impressum est, Romae simulacrum, & Castor ac Pollux equitantes, cuiusmodi in antiquis denarijs signari solent. in altero uerò Vestae effigies, et Vestae ipsius templum rotundum. de quo ita Ouidius lib. vi. Fast.

Et quantum à summis, tantum secessit ab imis
Terra quod ut fiat forma rotunda facit.
Par facies templi, nullus procurrit in illo
Angulus &c.

Plinius etiam lib. 34. cap. 3. de rotunda Vestae templi forma facit mentionem. Templum autem Vestae in eo numo signatum fortasse est, uel quod illud uetustate collapsum Cicero aliqua ex parte refecerit, uel quòd Pontifex damnatis Virginibus incestis purgauerit. Quod autem in numis Q. Ciceronis triumuiri auro, argento, aere, flando, feriundo. altera parte, Cesaris imago signata sit, mirum uideri non debet, cum Q. Cicero legatus in Gallia ipsius Caesaris fuerit. Inscriptiones autem è marmore, in quibus Terentiae Ciceronis uxoris, & Tulliolae filiae, & Ciceronis, nomina leguntur, in ruinis monumenti Tulliani sexto al Vrbe lapide, Via Appia, centum ab hinc annis repertas fuisse, uiri docti, et antiquarū rerū periti, qui tunc uiuebant, annotarunt.



·VARRO·

M· Terentius Varro, classibus Cn: Pompei in bello contra Piratas praefuit, et nauali est ab eo corona donatus, ut scribit Plinius. lib. iij. cap. xi. & lib. vij. cap 30. & lib xvi. cap. iv. ob eam causam in argenteo hoc Varronis numo, Pompei quoque cognomen signatum opinor. Hermae autem effigies in altera eius numi parte obscurum mihi est, quo pertineat, nisi forte ad M. Varronis imaginem quae uni uiuenti, ut ait Plinius, in Pollionis Bibliotheca posita fuit referenda sit. Virorum autem Illustrium imagines Hermae figura inscriptione adiecta, solere indicari in huius libri prefatione docuimus.

M . AVFIDIO FRONTONI
PRONEPOTI M · CORNELI
FRONTONIS · ORATORIS
CONSVLIS · MAGISTRI
IMPERATORVM LVCI
ET ANTONINI · NEPOTIS
AVFIDI · VICTORINI
PRAEFECTI · VRBIS · BIS · CONSVLIS
FRONTO · CONSVL
FILIO DVLCISSIMO

M . VLPIO PVPIENO SILVANO
. V . C . CIVI ORATORI
ORDO ET POPVLVS SVRRENTINORVM
PATRONO PRAESTANTISSIMO

M. Vlpium Siluanum, male enim ut opinor Syllanus apud Fl. Vopiscum in uita diui Aureliani scriptum est, oratorem fuisse colligimus ex his etiã Vopisci uerbis: Tunc surrexit primæ sententiæ Vlpius Syllanus, atq; ita locutus est, sero nimis ~ ?

Q · CAECILIO
FEROCI
KALATORI · SACERDOTI
TITIALIVM · FLAVIALIVM
STVDIOSO
ELOQVENTIAE
VIXIT · ANNIS · XV.
MENSE · I · DIEBVS XXIII.
FILIO · OPTIMO · AC
REVERENTISSIMO
M . GAVIVS . CHARINVS .

CORNELIVS *Fronto orator, inter Marci Antonini Imperatoris praeceptores numeratur à Iulio Capitolino, his oratoribus usus est, Graecis Annio Marco; Caninio Celere, & Herode Attico: latino, Frontone Cornelio. Sed multum ex his Frontoni detulit, cui et statuam in Senatu petijt. Eius meminit et Xiphylinus in Epitome Dionis. Aufidij etiam Victorini meminit idem Capitolinus in M. Antonini vita. Cornelij autem Frontonis liber de differentijs nondum editus, reperitur in Bibliotheca Alexandri Farnesij Cardinalis. ~ ?*

.C.P. . . . INIVS . . .
. . . NDVS . . .
. . . AVG . . .
. . R. CIVIAE . . .
. . . CELLAE. . .
. . . . RI
. . ERI.PATRI . . .
. . . MAE.MATRI . .
. . MARCELLAE . .
. . . T. F. I . . .

V . F .
.C . TERENTIVS
FRVCTVS
SIBI ET
ATTICO SER.
QVI VIXIT ANN.
XX. LITTERATVS
GRAECIS ET LATINIS
LIBRARIVS
PONTES DIXIT. CCC.
IN. FR. P. XV.
IN. AGR. P. XXV.

PLINIVS

Quantum ex ijs, quae supersunt huius inscriptionis fragmentis colligere possum, pertinere illam arbitror, ad C. Plinij secundi parentes, cuius de naturali historia extant libri qui circumferuntur.

TI · CLAVDIVS
LEMNIVS
DIVI CLAVDI
AVGVSTI · LIB
A · STVDIIS ·

CLAVDIVS LEMNIVS.

Suetonius in Claudio, Polybium quendam Claudij libertum à studijs nominat. quo scilicet optimarum artium erudito. in literarum studijs usus esset. Claudius. Eius uerba sunt haec: Ac super hos Polybium à studijs, qui saepè inter duos Consules ambulabat &c. Eiusdem meminit et Dion lib. lx. Claudij autem Lemnij, qui et ipse Claudij Imp. à studijs libertus fuit, nulla extat apud scriptores mentio: Cum tamen doctum illum & eruditum fuisse uerisimilè sit, quo Imp. Claudius in literarum studijs uti solitus esset.

AEMILIO · PAVLO · PAPINIANO
PRAEFECTO. PRAETORIO IVRIS
CONSVLTO · QVI . VIXIT ANNOS
XXXVI DIES X. MENS . III.
PAPINIANVS . HOSTILIVS
EVGENIA . GRACILII TVREATO
ORDINE IN SENIO
HEV PARENTES FECERVNT
FILIO OPTIMO

L · COELIO · BASILIDI
IVRIS STVDIOSO
AGATHOPVS
LIBERTVS

PAPINIANVS. *Iurisconsultus clarissimus. quem iuris asylum. & doctrinae legalis thesaurum appellat Spartianus. floruit septimio seuero. cui carissimus fuit imperante. Ab Antonino Caracalla ut idem scribit Spartianus securi percussus, quòd Caracalla, Geta fratre interfecto, ei mandauerat, ut et in Senatu, et apud populum facinus dilueret; ille autem responderat, non tam facile parricidium excusari posse quam fieri; Eadem in Dionis Epitome tradit Xiphilinus.*



Non alienum ab huius libri instituto fore putauimus, si Hermathenam qualis ab antiquis fingeretur, ex antiqui nomismatis auctoritate ostenderemus. nam et ignota eius forma doctissimis etiam uiris penitus fuit; et ex epistola Ciceronis ad Atticum, quid fuerit Hermathena colligitur, cuiusmodi autem, intelligi non potest. sic enim in ea scriptum est. quod ad me de Hermathena scribis per mihi gratum est: et ornamentum Academiae proprium meae: quod et Hermes commune omnium et Minerua singulare est eius gymnasij etc.

HERODOTVS.

HERODOTVS, Lyxi filius, Halicarnaſſeus, nobili genere natus, ante bellum Peloponneſiacum annos tres & quinquaginta, ut ex Pamphilae auctoritate ſcribit Gellius; ex quo colligimus, tredecim annis natu maiorem Herodotum fuiſſe, quàm Thucydidem, qui quadraginta annis ante idem bellum coeptum natus traditur. Graeci quoque Grammatici, Thucydidem, cum adoleſcens eſſet, audiſſe Herodotum ſcribunt; & Herodoti de Thucydide ad Olorum eius patrem iudicium referunt. Scripſit Herodotus hiſtoriarum nouem libros, Muſarum nominibus inſcriptos: in quibus tantum laudis eſt conſecutus, ut hiſtoriae pater inde fuerit appellatus; licet innumerabiles, ut Cicero inquit, apud eum ſint fabulae. in libro autem de Oratore ita de eo ſcribit. Quo magis ſunt Herodotus, Thucydidesq; mirabiles, quorum aetas cum in eorum tempora, quos modo nominaui, incidiſſet, longiſſime tamen ipſi à talibus delitiis, uel potius ineptiis abſuerunt: alter enim ſine ullis ſalebris, quaſi ſedatus amnis, fluit; alter incitatior fertur, & de rebus bellicis canit quodammodo bellicum: primisq; ab his, ut ait Theophraſtus, hiſtoria commota eſt, ut auderet uberius, quàm ſuperiores, & ornatius dicere. Moritur Herodotus Thuriis in Italia, quo ſe Lygdamidis Halicarnaſſi tyranni odio contulerat: ibique hiſtoriarum libros, qui extant, ſcripſiſſe, nobiles aliquot ſcriptores tradunt; itaque in primi libri principio Herodoti Thurij, non Halicarnaſſei, ſcriptum fuiſſe. In Herodoti autem ſepulcro Graecum epigramma inciſum fuit, quod à Stephano Byzantio in libro de Vrbibus non ſatis emendatum adducitur: nos autem integrum illud de vetere libro Ioannis Zezae deſcripſimus, qui Xylum Herodoti patrem, non Lyxum nominandum docet, adductis multorum teſtimoniis, & in primis Zenonis auctoritate, à quo id epigramma accepiſſe ſe Zezes ſcribit.


87
ΗΡΟΔΟΤΟϹ

THVCYDIDES.

THVCYDIDES, Olori filius, natus eſt Athenis ſummo loco: quippe maternum ei genus à Miltiadę, paternum uero ab Oloro Thraciae rege ortum fuit. Audiuit Anaxagoram in philoſophia: in rethorica autem Antiphontem Rhamnuſium, quem in VIII lib. ut nobilem rhetorem laudauit. Floruit octogeſima ſeptima ferè Olympiadę, domi, militiaeq; clarus: nam in rep. uerſatus cauſas dictitauit; & bello Peloponneſiaco exercitui praepoſitus fuit: quo quidem tempore hiſtoriarum libros, qui extant, propoſita militibus mercede, tam hoſtibus, quàm ſuis, ut uera renuntiarent, inchoaſſe dicitur. Poſtea accuſatus, quòd Eionem in Thracia Lacedaemoniis prodidiſſet, in exilium pulſus eſt; & in Scapte Thraciae ſilua exulās inchoatos hiſtoriarum libros perfecit, & expoliuit. eos autem octies exſcripſiſſe Demoſthenem, &
„ edidiciſſe narrat Dionyſius Halicarnaſſeus. A Cicerone autem in Oratorę
„ laudatur Thucydides, ut rerum explicator prudens, ſeuerus, & grauis. in li-
„ bro etiam II de Oratore ita de Thucydidę ſcribit. Poſt Herodotum Thu-
„ cydides omnes dicendi artificio mea ſententia facile uicit: qui ita creber eſt
„ rerum frequentia, ut uerborum prope numerum ſententiarum numero cō-
„ ſequatur; ita porrò uerbis aptus & preſſus, ut neſcias, utrum res oratione, an
„ uerba ſententiis illuſtrentur. atqui ne hunc quidem, quanquam eſt in rep.
„ uerſatus, ex numero accepimus eorum, qui cauſas dictitarunt: & hos libros
„ tum ſcripſiſſe dicitur, quum à Repub. remotus, atque, id quod optimo
„ cuique Athenis accidere ſolitum eſt, in exilium pulſus eſſet. Moritur autem Thucydides Athenis, ut quidam uolunt, & in Cimonio monumento ad portas Meliridas conditur in loco, qui Coelę, ſeu Diacoelę nominatur. in eo autem ſepulcro columna erecta fuit cum hac inſcriptione: Thucydides Olori Halimuſius hic iacet. Thucydidis imaginem in Muſaeo Conſtantinopolitano celebrauit uerſibus Chriſtodorus lib. v.


ΘΟΥΚΥΔΙΔΗϹ



M·POBLICIVS·M·L·MODES
TVS·EROTI·C·SALLVSTI·CRISPI
SERVO·METELLIANO·FRATRI·SVO

M·AVRELIVS·PACORVS
M·COCCEIVS·STRATOCLES
AEDITVI·VENERIS·HORTORVM
SALLVSTIANORVM·BASEM·CVM
PALMENTO MARMORATO
DEANAE
·D· ·D·

C· Sallustius Crispus, ex nobili Sallustiorum familia, Amiterni, in agro Sabino natus esse dici: tur: ibiquoq; annum agens lxvij aliquot post occisum Cæsarem annis, obijsse traditur. itaq; facile ad: ducor ut credam, Amiterninos ciuis sui, & historici clarissimi imaginem, nobilitandæ urbis causa no: mismate signasse! quod certe à multis alijs Ciuitatibus factum esse animaduertimus. illud tamen ex ipsa literarum & nomismatis forma satis constat, aliquot post Sallustium sæculis numum hunc ex ære signatum fuisse- qui Sallustij ne historici, an eius qui consul multis post annis fuit imaginem re: ferat cum pro certo affirmare non possim; sequor tamen eorum opinionem, qui ad historicum per: tinere existimant. de Sallustianis autem hortis, quorum in antiqua inscriptione fit mentio, ità Cornelius Tacitus scribit. uentitabat Nero ad pontem Miluium quo solutius urbem extra lasci: uiret: igitur regredienti per uiam Flaminiam, compositas insidias, fatoq; euitatas, quoniam di uerso itinere Sallustianos in hortos remeauerit &c. horum autem hortorum meminit etiam Pli- nius li vij. cap. ib hodieq; uestigia apparent in colle; non longe à porta Collina, ubi inscriptio è marmore patrum nostrorum temporibus fuit eruta. & in hortis tunc Angeli Coloty uiri optimi, et de omni antiquitate bene meriti collocata.



C. IVLIVS CAESAR

FELTRIA. PERPETVO. NIMIVM. DAMNATA. RIGORE
FORTE. MIHI. POSTHAC. NON. ADEVNDA. VALE.

CAESAR

C. Iulius Caesar, non inter clarissimos modò historicos, sed inter nobilissimos quoque poetas numeratus est. eius autem carmina quæ supersunt, edidimus in eo libro, in quem Cæsaris librorum omnium, qui desiderantur, fragmenta coniecimus. quos uerò hic imprimendos uersus curauimus, ex Bernardini Maffei Cardinalis ad Antonium Thebaldeū manuscripta Epistola deprompsimus, in qua è marmore ipso in ruinis antiquæ vrbis Feltri reperto excripsisse illos affirmat



METTIVS Epaphroditus, Chaeroneus, M. Mettij libertus, & Archiae Grammatici alumnus floruit Nerone, et Nerua Romae imperantibus. quibus temporibus, Ptolemaeus quoqꝫ Hephaestion, alijqꝫ multi claruerunt. Suidas autem Modesto Aegypti praefecto, seruisse Epaphroditum scribit, nisi, ut plerumqꝫ fit, erratum sit a Graeco librario, in eo nomine. Studiosum librorum fuisse Mettium, ex eodem colligimus Suida, & ad triginta millia uoluminum emisse. multis autem relictis scriptis morbo aquae intercutis perijsse Epaphroditus in libro de elementis citatur à manuscripto, qui apud me est, Theocriti interprete. Sed qui à Suida & Theocriti Scholiaste adducitur Epaphroditus, sitne is, cuius statuam è marmore imprimendam curauimus, pro certo non affirmarim.



M·IVNIO·M·F·PAL·RVFO
SOTERICHVS·PAEDAGOG·FECIT
HAE·SVNT·PRIMAE·TVAE·MEAEQ·SEDES
HAEC CERTA EST· DOMVS·HAEC·COLENDA·NOBIS
HAEC EST·QVAM·MIHI·SVSCITAVI·VIVVS

D. M·
T·FLAVIO·AVG·LIB·GANYMEDI
PAEDAGOGO·PVERORVM
CAES·N·FEC·VLPIA·HELPIS
CONIVGI·OPTIM·B·M·ET
LIB·LIBERTABVSQVE·SVIS

IVNIVS RVFVS.

M. Ivnivs Rvfvs, nisi antiqua haec in lapide inscriptio superesset, cum nulla de eo mentio apud scriptores, quod sciam, extet, ignotus penitus nobis fuisset. Paedagogos autem non modo comites, sed magistros etiam puerorum aliquando fuisse, indicat Liuius lib. v; in quo ita scribit. „ Mos erat Faliscis „ eodem magistro liberorum, & comite uti; simulq; plures pueri unius cu- „ rae demandabantur. principum liberos, sicut ferè fit, qui scientia uidebatur „ praecellere, erudiebat. is cum in pace instituisset pueros ante urbem, lusus, „ exercendiq; causa, producere &c. Ex ipso etiam lapide colligere hoc possumus, in quo paedagogus, puerum erudiens, eadem, qua Grammaticus Epaphroditus, forma depictus est. Aelius uerò Lycus nullius & ipse scriptoris testimonio, sed hac tantum inscriptione, notus est. Loci autem, qui caput Africae appellabatur, meminit P. Victor in regione secunda Caelimōtium; pauloq; ultra Titi amphitheatrum fuisse indicio nobis est, quòd ecclesia ibi, diuo Andreae dicata, nunc autem diruta, auorum nostrorum temporibus in capite Africae dicebatur, ut in vetustis multorum Pontificum, & in primis Honorij III de Lateranensi parochia monumentis, ipsi obseruauimus.

DIIS. MANIB. S.
TI. CLAVDIO. AVG. LIB. GRATIO
PAEDAGOGO. PVERORVM. CAERETANORVM
AVG. N. SER. FECIT. CHARITAE. DASVMIAE. CONIVGI
B. M. ET. LIBERTIS. LIBERTABVSQVE. POSTERISQ. EOR
HOC. MONIMENTVM. SIQVIS. DONATIONIS. CAVSSA
ALI. TRADERE VOLVERIT PRIVS. INFERAT
ARCAE. PONTIFICVM. ROM. SS. C. M. DEN
LOC. DON. TERENTIA. CYPAR
ET. CAECILIAE. IVSTAE. PARENT
R. E

D. M.
P. AELIVS. AVG. LIB
LYCVS. PAEDAGOG
PVERORVM. ACAPVT
AFRICAE

DIIS. MANIBVS
L. CIARTI
HYPERETIS
FECIT
P. CIARTIVS. HELOPS
PAEDAGOGO
L. CIARTI. SCYRI
COLLACTEI. SVI


M. POMPILI. M. L. FORTVNAT
GRAM. VIX. AN. LXXIX. M. III
M. POMPILIVS. M. L. AGHATHANGELVS
OLL. DED. T.

SEX. POMPEIVS
SEX. L. DAPHNIS
GRAM
CHLOE. POMPEIAE
APPI. OPST.

ATIA. DYNAMIS
OPST

P. ATILI. P. F. OVF SEPTITIANI GRAMMAT. LATINI
CVI. ORDO. COMENS. ORNAMENT. DECVR. DECREVIT
QVI VNIVERSAM SVBSTANTIAM SVAM. AD. REMPVBLICAM
PERTINERE. VOLVIT

MEDICORVM, qui in antiquis his inſcriptionibus nominantur, vno excepto Menecrate, nullius extat apud ſcriptores, quos ego legerim, mentio: quamuis fuerint ſuis temporibus nobiles, & medicinae artis ſcientia clari. Menecrates autem hic temporibus fuit Claudij, & Tiberij Imperatorum, & eorum fortaſſe medicus, & libertus, ut ex Galeni lib.v de comp. med. colligimus; qui eius quoque librum optimorum medicamentorum theſaurum inſcriptum adducit. Ob centum autem & quinquaginta ſeptem editos medicinae libros multarum ciuitatum decretis ampliſſimis ornato monumentum è marmore eius haereſeos ſectatores ſtatuerunt. Ludi uerò Matutini & ludi Magni, quorum medici in lapidibus nominantur Eutychus Neronis Libertus, & Calpurnius Hilarus, mentionem faciunt P. Victor, & Sex. Rufus in reg. ij & iij. opinorq; gladiatorios fuiſſe ludos, in quibus ſe gladiatores ſolerent exercere; cuiuſmodi is, qui Aemilius dicebatur, ab Horatio deſcribitur in arte Poëtica. Suetonius in Caeſare: Et formam, qua ludum gladiatorium erat aedificaturus, &c. Ludi autem Magni ichnographiam in uetuſtae Romae nuper repertis reliquiis ita notatam animaduertimus.




P. PVPIVS. P. L. MENTOL
MEDICVS. IIIIII. VIR

ASCLEPIO · ET
SALVTI
COMMILITONVM
SEX · TITIVS · ALEXANDER
MEDICVS · CHO · V · PR ·
DONVM DEDIT ·
. . . .
AVG · VIII ·
T · FLAVIO SABINO · COS

ΤΙΒΕΡΙΩΙ · ΚΛΑΥΔΙΩΙ
ΚΟΥΙΡΕΙΝΑΙ
ΜΕΝΕΚΡΑΤΕΙ · ΙΑΤΡΩΙ
ΚΑΙΣΑΡΩΝ · ΚΑΙ · ΙΔΙΑΣ
ΛΟΓΙΚΗΣ · ΕΝΑΡΓΟΥΣ
ΙΑΤΡΙΚΗΣ · ΚΤΙΣΤΗΙ · ΕΝ
ΒΙΒΛΙΟΙΣ · ΡΝS ΔΙ ΩΝ ·
ΕΤΕΙΜΗΘΗ · ΥΠΟ · ΤΩΝ · ΕΝ
ΛΟΓΙΜΩΝ · ΠΟΛΕΩΝ ΨΗΦΙΣ
ΜΑΣΙΝ · ΕΝΤΕΛΕΣΙ · ΟΙ · ΓΝΩΡΙΜΟΙ
ΤΩΙ · ΕΑΥΤΩΝ · ΑΙΡΕΣΙΑΡΧΗΙ · ΤΟ ΗΡΩΟΝ

Θ Κ
ΕΝΤΕ ΦΙΛΟΙΣΙ ΦΙΛΟΙΟ ΚΑΙ ΙΗ
ΤΗΡΟΣ ΑΡΙΣΤΟΥ
ΠΑΙΔΕΙΗΣΘΙΕΡΗΣ ΕΓΓΥΘΕΝ
ΑΨΑΜΕΝΟΥ
ΣΩΜΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥΚΑΙΥΙΕΟΣ
ΕΝΟΑΔΕ ΒΗΡΟΥ
ΩΣ ΕΠΕΙΣΑ ΔΕ ΦΙΛΟΙΣ ΕΙΣ Ο
ΔΕ ΤΥΜΒΟΣ ΕΧΕΙ
Λ · ΦΟΝΤΕΙΩ ΦΟΡΤΙ · ΑΣΚΛΗΠΙΑ
ΔΗ · ΤΩ ΓΕΝΕΙ · ΕΦΕΣΙΩ
ΒΙΩΣΑΝΤΙ · ΕΤΕΣΙΝ Μ
ΜΗΣΙΝ · Β · ΗΜΕΡ · ΚΕ · ΩΡ · Ζ
ΕΓΝΑΤΙΑ · ΒΡΙΣΗΙΣ · ΣΥΜΒΙΟΣ
ΜΝΗΜΗΣ · ΧΑΡΙΝ

Γ. ΚΛΑΥΔΙΟΣ
ΣΕΙΛΙΑΝΟΣ
ΙΑΤΡΟΣ
ΕΦΕΣΙΟΣ

ΚΟΡΝΟΥΤΟΥ · ΙΑΤΡΟΥ
ΚΑΙ
ΡΟΥΦΙΝΗΣ · ΘΥΓΑΤΡΟΣ

D . M .
A. ATIVS · C · L · ARCHIATER
SIBI ET IVLIAE PRIMAE
CONIVGI INCOMPARABILI

M · LIVIO CELSO · TAPVLARIO
SCHOLAE · MEDICORVM ·
M · LIVIVS EVTYCHVS
ARCHIATROS · OLL · D · II ·
IN · FR · PED · IIII ·

DIS MANIBVS
CLAVDIAE · EVTYCHIAE
CONIVGI · SANCTISSIM
BENEMERENTI · ET · Q ·
DOMITIO · HELICITI · CLAVDIVS
AVG LIB HYMENEVS MEDICVS
A BYBLIOTHECIS · ET · DOMITIA · PANNYCHIS
SIBI · ET · SVIS · POSTERISQ · EORVM

D · M ·
M . IVNIO · DIONYSIO
MEDICO DE LVCILIANIS
TITILENA IVSTA
CONIVGI . B · M . ET SIBI
SVIS LIBER · LIBER
TABVS POSTERISQ .
EORVM

DIS . MANIBVS
M CALPVRNIO M F MEN
VOSENNIO
VIX · ANN · XXX · M · IIX ·
M · CALPVRNIVS · M · F · MEN
HILARVS MEDICVS
LVDI MAGN
FRATRI PIISSIMO . FEC .

D · M .
CN . ARRIVS . CN . LIB .
HERMES MEDICVS
IVLIAE CHRESTAE . COLLA
CTIAE SVAE . CARISSIMAE
FECIT · ET · HARRIAE · HELPIDI
CONIVGI KARISSIMAE
BENEMERENTI · ET · SIBI · ET · SVIS
POSTERISQVE · EORVM .

D M
SEX PEDIO . SEX .
LIB . SECVNDO
MEDICO
IVLIA . L . LIB
SECVNDINA
PATRI PIISSIMO

EVTYCHVS · AVG · LIB · NERONIANVS · MEDICVS · LVDI · MATVTINI · FECIT · SIBI · ET · IRENE · LIB .
CONIVGI · CARISSIMAE · BENE MERITAE · ET · LIBERTIS · LIBERTABVSQ . POSTERISQVE EORVM .

P . DECIMIVS . P . L . HEROS
MERVLA MEDICVS .
CLINICVS . CHIRVRGVS
OCVLARIVS . VI . VIR
HIC PRO LIBERTATE DEDIT IIS ꟷ
HIC PRO SEVIRATV IN REMP
DEDIT . IIS . ꟷ
HIC IN STATVAS PONENDAS · IN
AEDEM HERCVLIS . DEDIT II ꟷ
HIC · IN · VIAS . STERNENDAS · IN
PVBLICVM · DEDIT ꟷ
HIC · PRIDIE · QVAM · MORTVVS · EST
RELIQVIT PATRIMONI
IIS ∞ ꟷ .

ATTIA P L P . ATTIVS ATIMETVS
HILARITAS AVG · MEDICVS · AB · OCVL
V . AN XXIX . H . S . E .

EROS
AVGVSTAE
MEDICVS
SPOSIANVS

IVLIA
CONSTANS
V . A . XXII

SILICIA · F · F · OL
ZOSIME

SILICIVS MEDI
CVS AB OCVLIS

CHRESTAE·CONSERVAE·ET CONIVGI
CELADVS · ANTINOVS·DRVSI
MEDICVS · CHIRVRG·
BENEMERENTI · FECIT ·
EA·VIXIT·AN · XVII·

·Q· GOLIVS·Q·L· NICOMEDES
MEDICVS·OCVLARIVS· SIX·VIR
COL·IVL·FANESTRIS
GOLIA·Q·L· SALVIA· VXSOR
·Q· GOLIVS·Q·F·POL·FANESTER FILIVS
VELIA·Q·L·PRISCA·VXSOR
EX TESTAMENTO FANESTRIS·FILI

TI·IVLIVS·AVGVST·
ET AVGVSTAE·L·
CYTISONVS MEDICVS
OCVLARIVS HIC SITVS EST

P·PEREGRINO HELIODORO
CONSVMMATAE PERITIAE MEDICO
ET·MIRAE PIETATIS IVVENI
COMINIA FAVSTINA MATER INFELICISS·
·F·C·

·D·M·
·C· PLINII
VALERIANI
MEDICI
QVI VIXIT
ANN·XXII·M·VI·D·V·
PARENTES

·D · M·
·T·IVLIO
ROSIANO
APOLLINARI
MEDICO
ARESCON·ET
CALLISTVS·LIB·
PATRONO·B·M·F·

DIS·MANIB·
C·CAECILI·C F· SAB·
AQVILAE
CAECILIAE C·L·MOSCHIDI
·C·CAECILIVS DIAETVS
MEDICVS
FILIO·ET·LIB·CONIVGI
SVAE·PIISSIMIS·

DIS·MANIB·
L·AVIANIO L·F·PVP·
VALERIANO
MEDICO·VIX·
ANN·XLVII·M·IX·D·XV·
L·AVIANIVS·L·L·STEPHANIVS
PATR·PER·AG·CVR·

MENANDER
MEDICVS·V·A·XXI
TITVLVM DONAVIT
PSYCHE·

ZOPYRVS
ALEXANDRI
·F·ALEXANDER
MEDICVS·

L·TAVRANIVS·L·L·OLYMPVS
MEDICVS·OLL·XII·

P· CARM
SOSTHE
MEDIC·
IIIII VIR·AVG·
ANCHAR

THALLVS MEDICVS
MAG·
H· V·

DEIS MANIB·
IVLIAE·Q·L·
SABINAE
MEDICAE
·Q·IVLIVS·ATIMETVS
CONIVGI
BENEMERENTI

MINVCIA
Ↄ·L·ASTE
MEDICA

SECVNDA
LIVILLAE S
MEDICA

TI·CLAVDIVS
CAESARIS·L·
CELER·AEDITVVS
A·VESTA·

AGRIAE.TRYPHOSAE.VE
STIFICAE.LIVIVS.THEONA.AB
EPISTVLIS.GRAEC. SCRIBA
A.LIBRIS PONTIFICALIBVS
CONIVGI SANCTISSIMAE
B.D.S.M.

D M
M.VLPIO.AVG.L
EROTI
AB EPISTVLIS.GRAECIS
EPAPHRODITVS
ET.STACHYS
CAESARIS.N.SER
FRATRI KARISSIMO.ET
CLAVDIA EORMIANA
FECERVNT

D.M.
BASSO.AVG.LIB
PROX.AB.EPISTVLIS
GRAECIS.PROC.TRACTVS
CARTHAGINIENSIS
FABIA.Q.F.PRISCILLA
MARITO PIISSIMO
ITEM.CLAVDIVS.COMON
PATRI BENEMERENTI
FECERVNT

ANTISTIA.L F.
PRISCILLA
ABASCANTI
AVG.LIB.
AB EPISTVLIS
.L.D.
D.D.

L.MVNATI L.VALERIVS
L.L. STACTVS
NICOMEDI AB EPIST GRAEC.

SEX.POMPEIVS.SEX.EAIYX.
SEX.POMPEI.AB.EPISTVLIS
LATINIS.

SECVRITATI
COGNATIONIS SVAE
FORTVNATVS.AVG.L.
VERNA.PATERNVS
AB.EPISTVLIS
ACCENSVS PATRON
DIVO.AVG.VESPASIANO
LICTOR.CVRIAT
VIAT.HONOR.DEC.COS.ET.PR
ET.SIBI.ET
EPAPHRODITO AVG.L.
AB.EPISTVLIS.FRATRI
SVO

........CAESARI
....ONIO.GORDIANO.
FELICI.INVICTO
AVGVSTO
PONTIF.MAX.TRIB.POT.II.
COS.PROCOS.PP.
NVMISIVS.QVINCTIANVS.V.P.
AB EPISTVLIS LATINIS
DEVOTVS.NVMINI
MAIESTATIQVE.EIVS

IVLIVS C.IVLIVS
DIVI.AVG.L. STYRAX
DIONYSIVS AB.EPIS.LAT.

D.M
M.AVR.ALEXANDER
AVG.LIB.AB EPISTVLIS
GRAECIS.SEVIBVS.FECIT
SIBI.ET.SVIS.QVE
LIBERTIS LIBERTABVS
POSTERISQVE.AEORVM

DIS.MANIB.
LIBANO.CAESARIS.VERNAF
AB.EPISTVLIS
VIX.ANNIS.XVI.M.IIII.

FLAVIVS.AVG.L.PROTOGENES
AB.EPISTVLIS
SIBI.ET.TETTANNE.C.F..
SABINIAE.SVAE

SVETONIVS *in claudio. Narcissi cuiusdam Claudij Imp. liberti facit mentionem quo in conscribendis Epistulis usus fuerit Claudius. Eius uerba sunt hæc. Ac super hos Polybium á studijs. qui saepe inter duos consules ambulabat: sed ante omnes Narcissum ab Epistulis, & Pallantem á rationibus quos decreto quoq; Senatus, non praemijs modo ingentibus, sed et Quaestorijs. Praetorijsq; ornamentis or nari libenter passus est: tantum preterea acquirere: & rapere, ut quaerente eo quondam de fisci exiguitate non absurde sit dictum, abundaturum, si á duobus libertis in consortium acciperetur. Narcissi memi nit etiam Dion lib: lx. Qui uero in antiquis his inscriptionibus nominantur, fuerunt et ipsi á conscri: bendis cum graecis tum latinis Epistolis Imperatorum liberti, et eorum nomina nisi ex uetustis his mo numentis nota essent, in ignoratione prorsus hominum uersarentur.*

A Bibliothecis.

BIBLIOTHECAS *Romae multas fuisse, cum Graecas, tum Latinas, ex veterum scriptorum (quos infra adducam) monumentis intelligere possumus. qui autem iis praepositi erant, dicebantur à bibliothecis, forma eadem, qua à studiis, ab epistulis, & alia eiusmodi antiquos dixisse obseruauimus. Prius autem bibliothecas ipsas, quarum mentio apud scriptores extat, colligamus: deinde nomina eorum, qui iis praefuerunt, subiungamus. Romam primus librorum copiam, inquit Isidorus lib.*VI *cap.*III *aduexit Aemilius Paulus, Perse Macedonum rege deuicto. Sylla quoq; multos libros ex Athenis Italiã vexit: Lucianus in libro aduersus Indoctum. Lucullus deinde ex Pontica praeda, ut idem Isidorus scribit. Sed bibliothecae Luculli meminit his uerbis Plutarchus in eius vita: quae ut sunt à Leon. Iustiniano in latinum versa, ita proferemus. Nihil minus tamen diligentiae ad ea sibi comparanda adhibuit, quae studioso, ac literatissimo homine digna essent. etenim plurimos pulcherrimosq; coëgit libros, quorum profecto vsus maiorem sibi quàm ipsa possessio gloriam uendicabat. studioso enim cuique & bibliothecae, & quae circa erant scholae, atque deambulacra liberè, perpetuoq; patebant, quo se Graeci, cum per otium licuisset, velut in amoenissimum quoddam Musarum diuersorium conferre solebant: ibi loquendo, legendo, disputando diem iucunde terebant; & Lucullus ubi plerunque eruditissimos viros disputare vidisset, eo se potissimum ingerebat &c. Bibliothecae Juliae meminit Suetonius in Caesare, scribens. Bibliothecas Graecas, & Latinas, quas maxime posset, publicare parabat, data M. Varroni cura cõparandarum, ac dirigendarum. & Isidorus lib.*VI *Post hos Caesar dedit M. Varroni negotium maximae bibliothecae construendae. Asinij Pollionis bibliothecae facit mentionem Plin. lib.*VII.*c.*III *his uerbis. M. Varronis in bibliotheca, quae prima in orbe ab Asinio Pollione ex manubiis publicata Romae est, vnius uiuentis posita imago est. & lib.*XXXV *c.*II *Asinij Pollionis hoc Romae inuentum, qui primus, bibliothecam dicando, ingenia hominum rẽ publicam fecit. Isidorus li.*VI *c.*III. *Primus autem Romae bibliothecas publicauit Pollio, Graecas simul atque Latinas, additis auctorum imaginibus in atrio, quod de manubiis magnificentissimum instruxerat. Bibliothecae Palatinae, quae in antiquis inscriptionibus saepius nominatur, ita meminit Suetonius in Augusto. Templum Apollinis in ea parte Palatinae domus excitauit, quam fulmine ictam desiderari à Deo Aruspices pronuntiarunt, addita porticus cum bibliotheca Latina, Graecaq;: quo loco iam senior saepe etiam senatum habuit, decu-*

riasq;

riasq; iudicum recognouit &c. Plinius lib. VII cap. LVIII. Veteres Graecas literas fuisse easdem pene, quae nunc sunt Latinae, indicio erit Delphica tabula antiqui aeris, quae est hodie in Palatio, dono principum Mineruae dicata in bibliotheca &c. Et lib. XXXIIII cap. VII. Videmus certe Apollinem in bibliotheca templi Augusti Thuscanicum quinquaginta pedum à pollice. Huius bibliothecae meminit Horatius lib. I epist. III hoc uersu.

Scripta Palatinus quaecunque recepit Apollo.

Ouid. lib. III de trist. Proper. lib. II, Dion lib. LIII, Suet. de illustr. Grāmaticis in Hygino, Galen. lib. I de cōp. med. Seruius in VIII Aen. Acro, & Porphyrion in epist. III lib. I. Bibliothecae porticus Octauiae meminit Plutar. in Marcello, eamq; ab Octauia Augusti sorore in honorem Marcelli extructam fuisse scribit. Dion tamen lib. XLIX à sororis nomine Octauianam bibliothecam appellatam Augustum extruxisse ex Dalmatum manubiis refert. Eius autem meminit & Suet. in lib. de illustr. Grammaticis his uerbis, de Melisso scribens. Quare cito manumissus Augusto, & insinuatus est, quòd eleganter curam ordinandarum bibliothecarū in Octauiae porticu suscepit. P. Victor bibliothecam porticus Octauiae nominat in lib. de regionib. Bibliothecae, quae erat in domo Tiberij Imp. facit mentionē Gell. lib. XIII cap. XIX. Cum in domus Tiberianae bibliothecae sederemus ego, & Apollinaris Sulpicius &c. Vopiscus in Probo. Ex bibliotheca Vlpia aetate mea in thermis Diocletianis. Itē ex domo Tiberiana &c. Tiberij autem domus in ea Palatini montis parte fuit, quae uiam Sacram, & Pacis templum respicit, ut ex plumbea lamina aquaeductus ibi nuper reperta in hortis Alex. Farnesii Card. cum inscriptione Tiberij Caes. Imp. coniicere licet. Bibliothecae, quae erat in templo Traiani, meminit idem Gellius his uerbis lib. II cap. XXVII. Edicta ueterum Praetorum sedentibus forte nobis in bibliotheca templi Traiani &c. Haec deinde in thermas Diocletiani, ut opinor, translata est, & Vlpia à scriptoribus nominata. eius meminit P. Victor in reg. VI. Vopiscus in Aureliano. Et si his contentus non fueris, lectites Graecos, linteos etiam libros requiras, quos Vlpia tibi bibliotheca, cum uolueris, ministrabit. Et paulopost. Haec ego à grauibus uiris comperi, & in Vlpiae bibliothecae libris relegi &c. In Tacito. Habet bibliotheca Vlpia in armario sexto librum elephantinum, in quo hoc S. C. perscriptum est &c. In Probo. Vsus autem sum, ne in aliquo fallam charissimam mihi familiaritatem tuam, praecipuè libris ex bibliotheca Vlpia, aetate mea in thermis Diocletianis &c. In Numeriano. Vt illi statua non quasi Caesari, sed quasi rhetori decerneretur ponenda in bibliotheca Vlpia. Bibliothecae, quae erat in templo Pacis, meminit Galenus lib. I de cōp. med. & Gellius lib. XVI cap. VIII. his uerbis. Commentarium de proloquiis Laelij docti hominis, qui magister Varronis fuit, studiose quaesiuimus, eūq; in Pacis bibliotheca repertum

tum legimus. Bibliothecae Capitolinae facit mentionẽ Orosius lib. VII *cap.* XVI. *Anno ab* V. C. DCCCCXXX *&c. nam fulmine Capitolium ictum, ex quo facta inflammatio, bibliothecam illam, maiorum cura, studioq́ compositam, aedesq́ alias iuxta sitas rapaci turbine concremauit. Tiburtinae bibliothecae meminit Gellius lib.* IX *cap.* XIIII *his uerbis. Meminimus etiam in Tiburti bibliotheca inuenire nos in eodem Claudij libro scriptum utrumque, facies, & facij. & lib.* XIX *cap.*V. *Sed, cum bibendae niuis pausa fieret nulla, promit è bibliotheca Tiburti, quae tunc in Herculis templo satis commode instructa libris erat &c. Bibliothecae Iulij Martialis facit mentionẽ Martialis lib.*VII.

Ruris bibliotheca delicati,
Vicinam videt vnde lector vrbem,
Inter carmina sanctiora si quis
Lasciuae fuerit locus Thaliae,
Hos nido licet inferas vel imo,
Septem quos tibi misimus libellos,
Auctoris calamo sui notatos:
Haec illis pretium facit litura.
At tu munere dedicata paruo,
Quae cantaberis orbe nota toto,
Pignus pectoris hoc mei tuere,
Juli bibliotheca Martialis.

P. Victor, Bibliothecae, inquit, Romae vndetriginta publicae: ex iis praecipuae duae, Palatina, & Vlpia. Domitianum Bibliothecas vetustate consumptas reparasse scribit Suetonius in eius vita. His igitur praefuerunt, Juliae M. Varro: vt Suetonius scribit. Palatinae, C. Iulius Hyginus, Aug. lib. vt idem Sueton. in lib. de illustribus Grammaticis, & C. Iulius Falyx, & C. Iulius Phronimus: vt est in antiquis lapidibus. Bibliothecae porticus Octauiae C. Melissus, Augusti lib. vt est apud Suetonium in eodem de illustribus Grammaticis libro. Bibliothecas autem priuatas, cuiusmodi illa Pomponij Attici à Cicerone describitur, quia parum frequens earum mentio est apud veteres scriptores, omisimus colligere.

DIIS. MANIBVS
C. IVLIVS · FALYX
A'. BYBLIOTHECA
GRAECA. PALAT.

C. IVLIVS. C.L.PHRONIMVS
A'.BYBLIOTHECA.GRAECA

OSSA
VIBIAE. SVCCESSAE. LIVIAE. AVG. SER
AB. ARGENTO. POTORIO. ITEM. A.VESTE
L.VIBIVS. AVG. SER. PAMPHILVS. SCRIBA
LIB. ET. A'. BYBLIOTHECA. LATINA
APOLLINIS. CONIVGI. FIDELISSIMAE
ET. PIISSIMAE. B. D. S. M.

SVLPICIAE
THALLVSAE
ANTIOCHVS. TI. CLAVDI
CAESARIS. A. BYBLIOTHECA
LATINA. APOLLINIS
CONIVGI. SVAE
BENE. MERITAE

ALEXIO
CAESARIS
AVG.AB
BYBLIOTHECE

NOMINA VIRORVM ILLVSTRIVM, & eruditorum, quae in impressis hoc libro monumentis habentur.


Priuatas aliquot ciuium aedes, in quibus imagines nōnullae huiuſmodi, & elogia ſeruantur, quandoq; dominis libuerit, uendita, uel donata, locum, ut quotidie fit, mutatura, indicare ſuperſedimus.

FINIS.

Nomina, quae operarum vitio, vt in antiquis marmoribus leguntur, non sunt expressa, ita ad vetustorum lapidum fidem corrigito.

13	15	54
ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΗΣ	ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ	CΓΕΥCΙΓΓΟC
ΝΕΟΚΛΕΟΥΣ	ΚΛΙΝΙΟΥ	CΥΡΥΜCΔΟΝΤΟC
ΑΘΗΝΑΙΟΣ	ΑΘΗΝΑΙΟΣ	ΑΘΗΝΑΙΟC
55	63	66
ΞΕΝΟΚΡΑΤΗC	ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΣ	ΚΑΡΝΕΑΔΗΣ
ΑΓΑΘΑΝΟΡΟC	ΒΛΫΣΩΝΟΣ	ΦΙΛΟΚΩΜϒ
ΚΑΛΧΑΔΟΝΙΟC	ΕΦΕΣΙΟΣ	ΚΥΡΗΝΑΙΟΣ
67	73	77
ΚΡΑΤΙΓΓΟΣ	ΑΝΔΟΚΙΔΗΣ	ΙΣΟΚΡΑΤΗΣ
ΑΣΚΙΟΝΔΟΥ	ΛΕΩΓΟΡΟΥ	ΘΕΟΔΩΡϒ
ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΟΣ	ΑΘΗΝΑΙΟΣ	ΑΟΗΝΑΙΟΣ

VENETIIS MDLXX.
In aedibus Petri Dehuchino, Galli.


INLVSTRIVM·VIROR
VT·EXSTANT·IN
VRBE
EXPRESSI·VVLTVS
ROMAE·∞·D·LXIX·
Cum Priuilegio Sum: Pont
Formis Antonij Lafrerj.

ILLVSTRISS. AC. REVERENDISS. DN.

DN. ANTONIO. PERENOTTO

S. R. E. CARDINALI. GRANVELAE

ARCHIEPISCOPO. MECHLINIENSI

Achilles Statius S. P. D.

QVI uirtutes atq. artes homine libero dignas colunt, idem neceſſe eſt auꝺtores earum ac tamquam parentes colant. tum illos quoq. qui in iſdem olim artibus excelluerunt. Horum illi, vt cetera deſint, naꝺti ſigna atq. imagines ſic adficiuntur, ut uiuentes uidere illos ſibi uideantur. Neq. uero aliter Syrophanes Aegyptius deſiderium ac dolorem, quem unici filij morte ſummum ceperat, niſi ſpeꝺtanda illius identidem figura, lenibat. Cui poſteritas multum debet, quod illi artem pulcherrimam amoris uis ac doloris expreſſerit. Iam uero dici non poteſt, quam nos magnorum uirorum uultus ipſi commoueant, & ad uirtutis excitent ſtudia. Namq. ab his praeclare diꝺta faꝺtaq. multo tum demum cogitamus attentius. Horum in imagines uelut in ſpeculum ſi frequenter inſpiciant homines, ne illi magnum fruꝺtum ceperint. A clariſſimorum enim uirorum profeꝺti memoria iſdem quibus illi gradibus ac ueſtigijs ad ſummam uirtutē cum peruenerint, ſalutem ſaepe, gloriam quidem certe ſibi ac patriae ſemper maximam pepererunt. Quod cum ita ſit, ſummorum uirorum imagines, e ruinis urbis erutas, & a ſcientiſſimis ſcalptas hominibus, qui uel illos uiderunt, uel ab illorum multo quam nos memoria recentiores, quales fuerint expreſſerunt, easq. quam fieri potuit proxime ad archetypum effiꝺtas edimus. Quod opus Perenotte Cardinalis ampliſſime uiſum eſt ad te mittere, cui res antiquae laudis & artis, ut ait poeta, incredibilem uoluptatem adferunt. ieis uero deditos homines ſumme diligis. nec ea contentus amoris abundantia, beneficentiam adiungis. Itaq. ſi nullis eſſes harum, quas colis, artium praeditus ornamentis, haec excellentibus illis uiris ſola te uirtus aequaret. praeclare enim Chryſoſtomus eos, qui apoſtolorum laboribus pares eſſe non poſſunt, benemerendo pares fieri pronunciauit. Tu uero notitia, & ipſius admiratione doꝺtrinae commotus cum eius ſtudia omnia, tum uero etiam ſtudioſos omnis incredibili humanitate ac beniuolentia compleꝺteris, opib. iuuas, dignitate & praemijs auges. Quam multa

huius

huius tuae laudis testimonia atq. exempla, & quam possem alte hoc loco repetere. Etenim cum tu parentis tui clarissimi sapientissimiq. uiri gratia, & meritis, & tuopte ingenio atq. indole, Carolo V. Imp. longe carissimus esses, ac iucundissimus, dignus etiam uisus es, qui statim in ipso adulescentiae tuae tamquam aditu patri res Caesaris maximas administranti adiumento esses, atq. illo uita functo solus ipse illa onera, & grauissimam negotiorum molem diutissime uice sacra sustineres. At Philippus Rex Augusti filius fidem, usum, scientiam, ingenium, ceteraq. animi tui ornamenta spectata & perspecta, perpetua uita, cum uehementer & amaret, & admiraretur, eodem apud se loco ut esses, uoluit. Quo quidem omni tempore ceteras laudes tuas iuuandi doctos studio, & liberalitate cumulasti. Itaq. effectum est, ut, quem Caesar ornauisset, Rex Philippus auxisset, Pontifex maximus quam potuit maximae cumulo dignitatis amplificaret. Ego uero, tui pridem studiosissimus & obseruantissimus, ac fratrum tuorum multis magnisq. uirtutibus ornatissimorum uirorum, ac totius deniq. clarissimae domus uestrae cupidissimus, tot laudes ac uirtutes tuas amare non sat habui, nisi amoris etiam in te mei atq. obseruantiae significationem darem, & quo modo possem, egregiam istam liberalitatem imitarer, ad teq. mitterem imagines illustrium uirorum, ut his explicatis, tu quoq. uirtutum omnium uiuens ac praesens occurras exemplum. Vale.
Dat. Romae. Kal. Aug. ∞ D LXVIII.

ACHILLES. STATIVS
LECTORI. SAL.

TErminorum vsum in regundis agrorum finib. ac maiorum institutum, quam potero breuissime demonstrabo. Principio limites priscis illis temporib. nulli fuerunt. Namq. vt in. I. Saturn. scribit Macrobius, nihil cuiusquam priuatum sub Saturno fuit, quod ait Vergilium significare, cum dicit, Nec signare solum, aut partiri limite căpum Fas erat. In eandem sententiam Tibullus, Non domus vlla fores habuit, non fixus in agris, Qui regeret certis finib. arua lapis. Deinde post suum cuiq. constitit, agriq. dimetiti. lapides ipsi, quib. id effectum, Termini, ac Limites uocati. quorum non vnum genus fuisse, Latinus, varijq. auctores docent ij, qui nuper in Gallijs inuenti sunt, atq. editi. Cuius rei nonnulla, opinor, mentio etiam apud Seuerinum Boetium in libro de Geometria. Tibullus genera duo commemorat, Nam veneror seu stipes habet desertus in aruis, Seu vetus in triuijs florea serta lapis. Totidem Ouidius, Termine, siue lapis, siue es desertus in agris Stipes, ab antiquis tu quoq. nomen habes. Qui vero ad antiquissimum auctorem, ad Numam regem Termini Dei cultum religionemq. referunt, auctores Dionysius Halicarn. T. Liuius, Festus siue Sextus Pompeius. Idem Numa sanxit, qui terminos vellere, alio transferre, occulere, exarare ausus esset, ipsum, bouesq. sacros esse. Quib. terminis Numa fundos cuiusq. circumscribi voluit, quo aliena inuadendi, occupandiq. hominum libidini sic quasi fraenos inijceret, siue, quod ait Vergilius, Limes agro positus litem vt discerneret aruis. Deus ipse Terminus varijs appellatus nominib. Baetylus, id saxum scilicet, quod pro Ioue Saturnum vorasse fabulae prodiderunt. Abadir, auctore Prisciano. Caelus, & Vranius: siquidem Terra natus Alcmon. huius deinde filius Vranius, siue Caelus, siue Terminus. limitum Deus, limes, τέρμων, ὅρος. Iouem quoq. Terminalem Graeci, Latiniq. dixerunt, quem Plato in. VIII. de legibus ὅριον, Iulius Pollux in IX. dicit ὁρόριον. Cui Terminos ipsos Numam sacrasse tradidit Dionysius. Idem Numa cum Tatio Tarpeia in rupe Termino deo templum dicauit. Ibi post Tarquinio, siue Priscus, siue Superbus is fuit, Ioui, cuius nullum adhuc erat in Vrbe delubrum, Iunoni ac Mineruae templum ex voto dicaturo, cum ceteri di, quorum illic exstabant sacella, cessissent, restitere Mars, Terminus, Iuuentas. Nam, cum omnium sacellorum, inquit Liuius, exaugurationes admitterent aues, in Termini fano

non addixere. Manserunt igitur in Capitolio tres illi di. quamquam Seruius illud interpretans Poetae. Dum domus Aeneae Capitoli immobile saxum Accolet, solum mansisse Terminum scribit. Huic sacra sub dio fiebant. quo factum, vt in qua Terminus erat templi pars esset aperto ac patente in sublime fastigio. eidem coeptum fieri libationib. incruentis, deinde etiam porca, atq. agna. Auctores Horatius, atq. Ouidius. Sacrificium fiebat vtrimq. ab ijs, quorum erant agri contermini. Terminus ipse religionis caussa fascijs velabatur. quod illum Saturnus deceptus, ac Iouem infantem ratus obuolutum fascijs deuorasset. Auctor Prudentius. Quemadmodum vero a Neptuno Neptunalia, a Volcano Volcanalia, a Libero Liberalia, aliaq. alijs ab dis festa dicebantur: sic Termino indictae feriae ab eodem Terminalia vocabantur. quae vt quidem scribit Ouidius erant. X. Kal. Mart. vt Varro in. V. de lingua latina prid. Kal. Mart. Terminalia enim, inquit Varro, quod is dies anni extremus constitutus. Itaque Varro Terminalia non a Termino, sed ab extremo anni die dicta interpretatur. Annum autem intelligit mensium. X. quem prisci Romani Kalendis Martijs exoriri dicebant. Neq. vero silentio praetereundum, agrum eundem multifariam limitib. intercisum fuisse. argumento est vel illa tabella ahenea Genuae, quae inter Veiturios ac Genuates ortam litem incidit. Deus tamen vnus esse Terminus existimabatur. Hunc intellegens Horatius in. I. Carm. dixit, Namq. me silua lupus in Sabina, Dum meam canto Lalagen, & vltra Terminum curis vagor expeditus, Fugit inermem. Nec minus ingeniose philosophi ab agris, quos in scholis figerent terminos, transtulerunt. Diffinitiones enim suas ὅρους appellarunt, quia scilicet, quod in finiendis discernendisq. agris termini praestant, idem in discernenda cuiusq. rei natura diffinitionis vsus esset. Iam quod a Lucretio non semel, vt opinor, dicitur, alte terminus haerens, indidem ductum translatumq. videri debet, vt illud quoque Flacci, Est modus in rebus, sunt certi deniq. fines, Quos ultra citraq. nequit consistere virtus. Qui vero hac figura Termini Romae sunt, has ego Polluci στήλας ἐφορίας dici existimo. Auctorib. autem illis varijs Hermulas, alijs προτομάς. quo nomine caput tantum ac summa pectoris intelleguntur. namq. eadem species est ac figura eius, quam illic Hermulam dici animaduerti. Qua sane specie, ac forma pars maxima signorum Romae visitur, vt in agrorum limitib. fixos hos fuisse Terminos facile iudices. Idem forte significans dixerit Iuuenalis, Nil nisi Cecropides, truncoq. simillimus Hermae. quod fere non nisi inlustrium virorum memoriae honoris caussa dabant. id nimirum significantes, eo virtutis illos peruenisse, quo progredi nemo posset vlterius. aut qui ad eum, ad quem illi, virtutis ac doctrinae gradum peruenisset, nihil esse praeterea laudis, quod in eo genere sibi pararet. sed iniuria temporis Terminalib. columnis alijs capita detersit, aliarum, reliquis

tantum

tantum capitibus, truncos perdidit, atq. in vtroq. genere, vel inerant antiqui= tus ſcalptae litterae, vel non inerant. Hic autem liber continet, tum quae ſigna lit= teris erant antiquitus inciſis, tum quae non erant. Acciderit fortaſſe deinde homi= num errore his imaginib. quas nunc edimus, vt qui truncus, aut trunci pars ſine capite fuit, aut ſine trunco caput, falſo poſt manu adiutum cohaeſerit, caputq. ſuum truncus, truncum ſuum caput deſideret. Sed hoc illi viderint, ac, ſiqua eſt, eam quoq. culpam praeſtent. Nos enim ſumma fide quod exſtat, atq. vt exſtat, edi= dimus. Quia vero melior pars inſtar habuit terminorum, de Termino tam multa di= cta ſint. Quid autem inluſtriſſimorum, ac notiſſimorum virorum vitas minime neceſſario labore conſcriberemus ijs, quib. Dionyſii, Plutarchi, Philoſtrati, Dio= genis Laertij, aliorumq. ſcriptorum vberrimi, puriſſimiq. fontes paterent. Quod certe poſtulare res ipſa videbatur, quia ſtatuas olim ſine inſcriptione veteres fere non ponebant, eam nos conſuetudinem ſecuti his tamquam ſtatuis carmen ſubſcri= pſimus e Graeco expreſſum, ſi quod exſtabat. quo cum deficiebamur, noſtrum quale= cumq. fingebamus. Tu vero ſimilium ſignorum magnam vim etiam veteribus artificib. aere, marmure, aut alia quauis materia varie ductam atq. expreſſam iſdem typis edendam propediem exſpecta. Nunc illud etiam bone lector admonen= dus es; quod dixi iconas, ſiue imagines, quas latine etiam ſimilitudines vocat Pli= nius, Aegyptium Diophanen primum inſtituiſſe, D. Fulgenti ſum ſecutus aucto= ritatem. C. Plinius Dibutadis figuli Sicyonij tradit inuentum. Namq. Paſiteles, vt idem ſcribit, plaſticen matrem ſtatuariae, ſculpturae, & caelaturae dixit. Qui vero deinde in reliquis tribus idem ipſum primi temptarint, atque effecerint, docet idem Plinius. Neq. vero putandum eſt quamcumq. hominis imaginem fictam, pictam, ſcalptam, caelatam, aut ſtatuam eſſe icona, ideſt ſimilitudinem. Quod illius in. XXXIV. verba, vt opinor, declarant. Effigies, inquit, hominum non ſolebant ex= primi niſi aliqua inluſtri cauſſa perpetuitatem merentium. & primo ſacrorum cer= taminum victoria. maximeq. Olympiae. vbi omnium, qui viciſſent, ſtatuas dicari mos erat. eorum vero, qui ter ibi ſuperauiſſent, ex membris ipſorum ſimilitudine expreſſa, quas iconas vocant. Vale.

ILLVD iterum mihi monendus es lector optime, vt cum tibi forte collibitum fuerit adire ad ea loca, in quibus esse haec signa tamquam digito demonstrauimus, nec ea tamen apparebunt, nequa propterea sit admiratio, neue tibi nos dedisse uerba existimes. Hae sunt enim rerum uices humanarum, ut ab alijs ad alios facile transferantur. Nam quid est cuiusq. tam proprium ac suum, quod alterius mox esse non possit. Etenim si quae natura constant, & tamquam solo fixa teneri cernimus, natura saepe mutauit, montes in plana deducti, plana in montes excreta, uel etiam loco mota alio quasi commigrarunt, quid mirum exemptiles urbis ornatus & tamquam ruta caesa expetita, direpta, donata, asportata sedem locumq. mutasse. eleganter ac uere Flaccus,

SED VOCAT VSQ. SVVM, QVA POPVLVS ADSITA CERTIS
LIMITIBVS VICINA REFVGIT IVRGIA. TAMQVAM
SIT PROPRIVM CVIQVAM, PVNCTO QVOD MOBILIS HORAE
NVNC PRECE, NVNC PRETIO, NVNC VI, NVNC SORTE SVPREMA
PERMVTET DOMINOS, ET CEDAT IN ALTERA IVRA.

Vrbem uides, qua quid esse pulchrius in terris, quid tutius, quid firmius, ac stabilius uidebatur, utpote quae non tueri tantum sua, sed aliorum etiam res, statum, fortunas ab omni tutas iniuria, defensasq. diu praestitit. & tamen eadem nnnc omnibus ornamentis orbata, haec adeo non retinuit, ut ne sua quidem ipsa mole diu stare potuerit. Et uero non illa iam ornamenta urbis, sed urbem ipsam in urbe quaerimus. Itaq. si notatis locis quaerenti forsan illa minime comparebunt, ne quid tu nostra de fide propterea uel detrahas, uel conquerare, sed, quod supra posui, rerum potius humanarum condicioni adscribe, nosq. ama, qui nisi tibi hanc operam studiose nauassemus, & fugientibus, ac ruentibus urbis ornamentis conatus hic noster praesto fuisset, non ipsa tantum prototypa, sed eorum quoq. prorsus exempla desiderasses.



Apud Achillem Maffeum.


Incerti.

Hic sapiens primum, atq. animo percurrit Olympum
Primus, et hunc Mileti Ionia urbs aluit.


Aliud.

Nempe tuum exiguum monumentum, at nomen adiuit
Ingeniose Thales Sidera summa tuum.

L



In hortis Cardinalis de Medicis prope villam Iulij III. Pont. Max.



Apud Cardinalem Caesium
Saxi indiuidui pars altera
Herodotum, altera Thucydidem
refert quae proxima uoluitur

Incerti.


Non Halicarnasi uates indictus abibit
Herodotus sapiens, ueterum decora alta uirorum
Europaeq., Asiaeq., inrepens uidit et aetas
Quaecumq., ille nouem Musis sacrauit, amoenis
Florib. et linguae conspersit Ionidis omnia.



Incerti

Thucydides animum uersans quasi texere uisus
Historiam per uerba, hominum prodentia mores.
Dexteram enim tollens alte, Martem ille cruentum
Spartae acies cecinit miscentem, et Cecropidarum,
Et ditem altricem Graium terram ense metentem.

IV





Apud Rodulfũ. Pium Card. Carpensẽ.
e thermarum Titi ruinis ut ferunt, erutum.

Timothei lyrici.

Graecia tota unum monumentum Euripidis, ossa
Terra tegit Macedum, clausit ubi ille diem.
Graecia Graeciae eidem, hoc est flos Graeciae Athenae
Patria, Pieridas adficere hic solitus.

V


ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ



In Amphitheatro Vaticano.


Diogenis laerti


Cum Ioue nunc bibe Socrates optime, te quoq. dixit
Iure Deus Sapientem, et Dea te Sophia.
Tu porrecta tuis a ciuibus accipis, illi
Quae tamen hauserunt ore Venena tuo.

VI




ΛΥCΙΛC
Ex Plutarcho.
O sata calliope, fandi doctissima, siquid
Et sapis et praestas, cura docere tua est.
Namq. aliam in formam mutatum, aliasq. sequentem
Vitae delicias, corporeq. ipsum alio,
Virtutis praeconem edes, Orco inuideat qui
Morte obita sapientem, efficiatq. deum.
Tum carum liceat cunctis monstrare sodalem,
Defuncto uirtus quaeq. superstes erit.
Apud Johannem Baptistam Victorium ciuem Ro.
VII



ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΣ
ΒΛΥΣΩΝΟΣ
ΕΦΕΣΙΟΣ
In hõtis Cardinalis de Medicis
prope villam Iulij III. Pont. Max.
Incerti
Heraclitus ego, indocti ne attingite, doctis
Namq. laborauit, mensq. manusq. mea.
Vnus ter mihi mille homines, numeroq. carentes,
Nullus, et haec audit hic quoq. Persephone.
VIII



In hortis Cardinalis de Medicis
prope Villam Iulij III. Pont. Max.

Incerti

Sunt tot Aristophanis diuina opera, his enim Acharnan
Multam Hederam in uiridem contulit ante comam.
Quantus inest Scriptis Bacchus, sale plurima quantum
Nigro, atq. horribili, fabula plena sonat.
O praestans animi, Grais qui moribus apta,
Quiq. nota, ridens comice, digna notas.



In hortis Cardinalis de Medicis
prope villam Iulij·III·Pont.Max.

Incerti


Isocrates, quod lumen habet facundia, salue,
Ipse aeri decus addis enim, fariq. uideris
Nunc etiam sapienter, opus mutum, et statua infans.

X



Sinopeorum.

Aes quoq; conficitur Senio, tua nomina numquam
Omnia delebunt Saecula Diogenes
Quippe doces unus mortales, gloria uitae
Quae ampla sit, et uitae quod sit iter facile.


ΔΙΟΓΕΝΗΣ
ΙΚΕΣΙΟΥ
ΣΙΝΟΠΑΙΟΣ
In amphitheatro Vaticano.
XII




Apud Horatium Maximum ciuem Ro.


Diogenis laerti

Contentus Sophiae nisi sit, disrumpitur arcus,
Non haec in uanum dicta fuere iocum.
Corpore eras sano in iugi Theophraste labore,
At captum membris otia perdiderunt.

XIII


ΚΑΡΝΕΑΔ
ΦΙΛΟΚΩΜ
ΚΥΡΗΝΑΙΟΣ
In hortis Cardinalis de Medicis
prope Villam Iulij III Pont. Max.
Achillis Statij
Carneades cluet in Chrysippum inuectus, eundem
Antipatri mulsum dira uenena necant.
XIV



ΛΑΜΑΣ
Apud Card. Caesium.
XV



Repertum in suburbio ad ·III· fontes . extra portam trigeminam, nunc Sancti Pauli . translatum inde in eam molem, quae uolgo Mausolaeum Augusti dicitur.


M·PORCIVS M·F
CATO
CENSORIVS
ΑΡΙΣΤΟΓΕΙΤΩΝ
ΘΕΟΤΙΜΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ
Apud Card. Farnesium.
Ex plutarcho.
Glaucum oculis, rufum, mordacem, nec morientem
Porcium ad infernum ersephone zecipit.
Apud Card. Carpensis.
XVII.


ΠΛΑΤΩΝ
ΑΡΙϹΤΩΝΟϹ
ΑΘΗΝΑΙΟϹ
P·VALESIVS
VOLESI·F·
POPLICVLA
In aedib. Octauiani Zeno prope theatrum
Pompei. et campum Florae.
Apud Achillem Maffeum
XVIII



In aedib. Octauiani Zeno prope theatrum Pompei. et campum Florae.



Apud Cardinalem Sanctae Crucis.

XX



Apud Card. Caesium.


X.X I




Apud Card. Carpensem.

XXII





Apud Johannem Antonium, & Vincentium Romanos.
XXIII





Apud Tiberium Calcagnum sculptorem Florentinum.


XXIV







Apud Tiberium Calcagnum Sculptorem Florentinum

XXV





Apud Johannem Antonium, & Vincentium Romanos.
XXVI






Apud Card. Caesium.


XXVII






Apud Card. Carpensem.


XXVIII





In hortis Cardinalis de Medicis prope villam Iulij·III·Pont·Max.


XXIX


Apud Johannem Antonium, & Vincentium Romanos.
XXX




Apud Card. Carpensem.

XXXI



Apud Card. Caesium.


XXXII



Apud Card. Caesium.

XXXIII








In hortis Cardinalis de Medicis prope Villam Iulij. III. Pont. Max.

XXXIV



Apud Card. Caesium.
XXXV




Apud Paulum Bufalum ciuem Ro.
XXXVI




Apud Card. Caesium.
XXX VII






Apud Card. Carpensen.

XXXVIII






Apud Card. Carpensem.


XXXIX






In Hortis Caesijs.

XL






Apud Card. Caesium.

XL[illegible]





Apud Card. Caesium.
XLII



In hortis Cardinalis de Medicis prope villam Iulij III Pont. Max.

XLIII





Apud Card. Caesium.
XLIV





Apud Johannem Antonium, et Vincentium Romanos.

XLV





Apud Johannem Antonium, & Vincentium Romanos.

XLVI




Apud Card. Caesium.

XLVII.




Apud Card. Caesium.


XLVIII



In hortis Cardinalis de Medicis prope Villam Iulij III. Pont. Max.

XLIX


Apud Johannem Antonium, & Vincentium Romanos.
L



In hortis Cardinalis de Medicis prope Villam Iulij·III·Pont.Max.



In hortis Cardinalis de Medicis prope Villam Iulij III. Pont. Max.

FR
1829

Röm. Mitth. 1901, p. 136-39.

* Statius Iconografie Ursinus

sichtszüge lassen es als unmöglich erscheinen, dass man sich in irgend einer Periode des Altertums Homer oder Euripides so vorgestellt haben sollte. Roberts Vermutung (Hermes 17, 134 ff.), bei der Fälschung beider habe Ligorio die Hand im Spiele gehabt, erhält durch das eben auseinandergesetzte eine neue Stütze. Dass die beiden gleichzeitig auftauchenden, auch im Material so merkwürdig übereinstimmenden Büsten aus demselben Funde herkommen, ist an sich sehr glaublich: und es sähe Ligorio ganz ähnlich, wenn er, um beide Stücke besser an den Mann zu bringen, das eine auf Homer, das andere auf Euripides getauft hätte. Eine von diesen Taufen musste er später natürlich verläugnen, und er hat das mit dem Exemplar gethan, welches sein Gönner, der Herzog Alfons von Ferrara, nicht gekauft hatte. Da die Modeneser Büste, an Arbeit und Erhaltung (¹) die schönste des Typus, bisher noch nicht photographisch vervielfältigt war, bilden wir sie auf Tf. VII ab.

V.

Fünf Jahre, nachdem Pirro Ligorio das *teatro Vaticano* mit seinen echten und falschen Porträtköpfen geschmückt hatte, trat die erste Publikation über antike Ikonographie an das Licht, besorgt von dem Portugiesen Achilles STATIUS (Estaço) (²). Sie besteht im

(¹) Es sind nur einige Löckchen am Bart unter dem rechten Mundwinkel sowie l. unten, einige Löckchen l. unter der Stirn und ein Stück des linken Büstenrandes abgesprungen. — Die Angabe von Förster und Hölck (b. Amelung Antiken in Florenz S. 87), das Modeneser Exemplar sei von weissem Marmor, ist ein Irrtum, der sich dadurch erklärt dass allerdings im Museum selbst die Meinung herrschte, der Kopf sei, gleich einigen anderen im selben Raume aufgestellten mit einer bronzeähnlichen Patina überzogen. Aber eine eingehende Untersuchung, bei welcher dieselben Reinigungsmittel angewandt wurden, durch die jene anderen Stücke ihre weisse Farbe wieder erhalten hatten, erwies jene Ansicht als irrig. Der Marmor ist von grauschwarzer Farbe mit einigen weissen Flecken resp. Adern. — Hrn. Cav. A. G. Spinelli und Hrn. Director Bariola in Modena, welche die Güte hatten jene genaue Untersuchung zu gestatten und die photographischen Aufnahmen zu vermitteln, sage ich dafür verbindlichsten Dank.

(²) Der Titel lautet: *Inlustrium viror(um) ut extant in urbe expressi vultus. Romae MDLXIX. Formis Antonii Lafrerii.* — Bl. 2v. ist in der Originalausgabe leer geblieben; es giebt spätere Drucke mit genau denselben

Wesentlichen aus 52 in Kupfer gestochenen Tafeln, von denen die ersten neunzehn die inschriftlich bezeugten Porträts, die weiteren 33 die inschriftlosen enthalten. Den einzelnen Stücken ist der Aufbewahrungsort beigeschrieben, zu den historisch bekannten meist ein (antikes oder modernes) Epigramm hinzugesetzt; auf einen Commentar hat Statius verzichtet und nur in der kurzen Vorrede (2 unpaginirte Blätter) allerlei Nachrichten über Hermen und andere Bildnisse bei Griechen und Römern zusammengestellt. Er weist auf die gleichzeitig bei demselben Verleger Lafrérie in Vorbereitung befindliche Sammlung des Ursinus ausdrücklich hin ([1]): diese sollte auch sämtliche in Metall oder anderen Stoffen (gemeint sind namentlich Münzen und Gemmen) ausgeführten Porträts enthalten, während Statius sich ausdrücklich auf die Marmorwerke beschränkt. Er versichert, nach Erwähnung der Schwierigkeiten, die dem Herausgeber durch falsche Zusammensetzungen erwachsen, dass er *summa fide quod extat atque ut extat* publiziere. Da trotzdem neuerdings gegen Statius der Vorwurf erhoben ist, sein Werk enthalte Ligorianische und andere Buchfälschungen, die er wie nach Originalabschriften publiziert habe, so ist es nötig, die Sammlung, wenigstens was die mit Inschriften versehenen Stücke betrifft, auf ihre Glaubwürdigkeit zu prüfen.

Unter den zweiundzwanzig mit Inschriften bezeichneten Hermen und Büste finden wir zunächst die fünf griechischen der Pergola in Villa Papa Giulio, sämtlich mit den falsch aufgesetzten Köpfen, wieder; der von Pighius gleichfalls in der Villa Giulia gesehene Aristogeiton ist in die Sammlung Carpi übergegangen,

---

Titel, in welchen sich hier die Bemerkung (vgl. Robert S. 144) findet: *Illud iterum mihi monendum es, lector optime, ut cum tibi forte collibitum fuerit adire ad ea loca, in quibus esse haec signa tamquam digito demonstravimus nec ea tamen apparebunt, neque propterea sit admiratio, neve tibi nos dedisse verba existimes: haec sunt enim rerum vices humanarum, ut ab aliis ad alios facile transferantur.* — Es giebt auch einen Neudruck, Patavii 1618. — Der hdschr. Nachlass des Achilles Statius in der Vallicellana enthält nichts von ikonographischen Collectaneen (die Bibliothek besitzt merkwürdigerweise nicht einmal das Buch von 1570); nur fünf Inschriften (unten n. 17. 23. 27. 31. 34) finden sich in Statius orthographischer Sammlung (cod. B. 102).

([1]) *Tu vero* (der *lector* ist angeredet) *similium signorum magnam vim etiam veteribus artificibus aere marmore aut alia quavis materia varie ductam atque expressam isdem typis edendam propediem expecta.*

die übrigen von Pighius (und Ligorius?) dort gesehenen fehlen (1). Aus anderen römischen Privatsammlungen hat Statius von den uns bereits bekannten den Theophrast Massimi.

Weiter enthält Statius Sammlung drei uns schon bekannte Steinfälschungen: den Diogenes und den Sokrates aus dem Teatro Vaticano und den Euripides aus der Sammlung Carpi; bei letzterem ist die Inschrift ungenau angegeben.

Unter den zuerst bei Statius vorkommenden sind zweifellos ächt die Doppelherme des Herodot und Thukydides (n. 15); die beiden kopflosen Hermen des Homer (n. 34) und Menander (n. 27) mit den Epigrammen aus der Sammlung Soderini; ferner die beiden Hermenschäfte mit den lateinischen Inschriften des M. Porcius Cato (*CIL.* VI 1320) und Valerius Poblicola (VI 1327) welche, wie es scheint, zwischen 1550 und 1560 in der Stadt aufgetaucht waren, und die, aus zahlreichen andern Abschriften bekannt, uns hier nicht weiter zu beschäftigen brauchen; endlich ist auch kein Grund abzusehen für eine Fälschung der fragmentirten Herme mit [*Λεω?*]*δαμας* in der Sammlung Cesi (n. 21). Dagegen sind die beiden Inschriften auf den angeblichen Köpfen des Thales (n. 71*) und Diogenes (n. 49*) in der Sammlung Achille Maffeis nach Fulvius Ursinus sachkundigem Urteil modern gewesen: die erste Inschrift bezeichnet auch Ligorius als moderne Fälschung.

Es bleiben vier Stücke übrig, von denen drei, der Platon (n. 37), Xenokrates (n. 33) und *Μάξιμος Σεουήρου* (n. 26) sich in der Sammlung des Ottaviano Zeno bei Campo di Fiore befanden. Die Existenz auf Stein ist wenigstens für die dritte sicher bezeugt durch die Abschrift des sog. Anonymus Hispanus Chisianus (2). Keine von ihnen hat etwas inhaltlich verdächtiges: die correcten dorischen Formen *Ἀγαθάνορος* und *Καλχαδόνιος* gehen über die Fähigkeiten römischer Fälscher des 16. Jhdts. hinaus; dass der Römer Maximus sonst unbekannt ist, spricht entschieden viel mehr für Echtheit als für Fälschung. Alle drei sind in Abfassung und Zeilenzahl so conform,

(1) Auf die Herme das Miltiades ist fälschlicherweise das Doppelepigramm gesetzt, welches zu der in Vigna Strozzi auf dem Caelius gefundene gehört. S. u. n. 30. 31.

(2) Cod. J, V, 167: vgl. über denselben CIL. VI p. LIV. Dass er aus den gedruckten Statius geschöpft habe, wie Kaibel annimmt, ist ganz unwahrscheinlich.

dass ich glauben möchte, sie entstammten einem gemeinsamen Funde. Und es ist gewiss nicht zufällig, dass das Haus des Ottaviano Zeno in der Nähe des Pompejustheaters liegt, gerade so wie der Palazzo Massimi alle Colonne, in dem seit Ende des 15. Jhdts. die Theophrast-Herme sich befand: wohl möglich dass alle vier in antiker Zeit zum Schmucke des Theaters oder der umgebenden Hallen gehört haben.

Endlich die Lysias-Büste (mit zugehörigen Kopfe) aus der Sammlung Vittori ist ohne Zweifel identisch mit der jetzt im Museo Capitolino befindlichen *stanza dei filosofi* n. 15: der rechteckige Rahmen um die Inschrift wie der Steinmetzfehler AYCIAC (den freilich nicht Statius selbst, sondern der sorgfältige Knibbe an der Vittorischen Büste bemerkt hat) sind Beweis genug dafür (1). Auch der Schriftcharakter spricht, wie mir scheint (2), eher für antiken Ursprung als für eine Fälschung der Renaissance.

Wir kommen also zu dem Resultat, dass in Statius' Sammlung unter den inschriftlich bezeichneten Porträts kein einziges ist, welches nicht wirklich in Stein existiert hätte: auch die Fälschungen, durch die er sich hat täuschen lassen, stammen nicht aus Büchern oder fremden von ihm benützten Papieren, sondern haben, in Stein eingegraben, um 1569 in römischen Sammlungen existiert. Das Gleiche werden wir erst recht von den anepigraphen voraussetzen dürfen: noch viel weniger als bei denen mit Unterschriften ist bei diesen das Vorhandensein zahlreicher Buchfälschungen um Mitte des 16. Jhdts. vorauszusetzen.

VI.

Die in der Vorrede des Statius bereits angekündigte Publikation des Ursinus erschien, in Lafréries Verlag, im folgenden Jahre 1570

(1) Kaibel identifizirt die ehemals Vittorische Büste mit der jetzt in Holkham Hall befindlichen: ich zweifle nicht, dass Michaelis mit grösserem Rechte behauptet, dieselbe sei gefälscht nach Statius, dessen Stichfehler AYCIAC sie, freilich mit geänderten Buchstabenformen, wiederholt.

(2) An dem Versehen des Steinmetzen, der statt des ersten Λ ein Α eingehauen hat darf man keinen Anstoss nehmen: mit Recht hat schon Michaelis (Bildn. des Thukydides S. 14 Anm. 6) darauf hingewiesen, wie auffallend häufig die römischen Copisten Fehler in den griechischen Namen dieser Porträts begangen haben (ΗΡΦΛΟΤΟС n. 15; ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ Kaib. 1147; dazu ΦΘΙΔΙΑC Kaib. 1220, und in dem Miltiadesepigramm n. 31 ΤΑΛΑΡΗΙΑ).